
DE BELLO EXULUM AUREUS PERUTILISQUE TRACTATUS, AC IN REGNIS NEAPOL...

Scipione Martello, Giovanni Battista Coccini




BIBLIOTECA NAZIONALE VITT. EMANUELE
13
2 L
45

DE BELLO EXVLVM
AVREVS PERVTILISQVE TRACTATVS,

Ac in Regnis Neapol. Sicil. Lombard. Gall. & al.

Frequentatissima Praxis.

In quò tam potestas Pręsidibus Prouinciar . concessa procedendi in exules ad modum belli, & militari modo tractatur, quam banna contra eosdem edita explicantur, ac omnia, quæ ad exulum extirpationem requiruntur, miro ordine practicantur; ita vt nihil vlterius desiderari possit.




Præsertim verò explicatur materia.



(Indultus (Fidæ
(Guidatici (Fidantiæ
(Securitatis (Saluaguardiæ
(Saluiconductus (Moratoriæ dilationis, &
(Fidæ publicæ (Dilationis.

AVCTORE IO: GRANDE ANVERSANO I. C.
Clariss. & Sereniss. Philippi Regis Auditore in Prouin. Barij, ac Reg. Neap. contra exules.

Cum Summarijs, ac Indice locupletissimo.

Ex Legato  M. ... Caini



NEAP. Apud Nouam Societatem Parthenopæam. MDCXII.

Ex Typographia Ioannis Iacobi Carlini.

ADMODVM ILLVSTRI DOMINO
PROSPERO PETRAE BARONI VASTI GIRARDI
I. C. PRAESTANTISSIMO.

IO: LEONARDVS PIACEVOLE F.



VLTA sunt sane, Perillustris Prosper, eaq; non exigua, quæ me iãinde ab eo tempore, quo æternam nominis tui famam communi omnium ore celebratam audiui, tacito quodam animi sensu, quòd de facie non nouissem, ad te amandum, colendumque impulerunt. Verum nihil potius, quàm & eximiæ doctrinæ ornatus, quo egregie insigniris, & summa Generis claritas me mouit tui. Etenim nemo est, cui Additiones illæ tuæ omni eruditionis genere refertæ ad Capycij Decisiones adiectæ, cum omnibus quotidiè hæreant in manibus, non innotuerint; Quibus tantũ singulis doctrinæ tuæ specimen dedisti, vt maximã omnibus expectationem excitaris eorum, quæ tibi proxime prælo dicuntur committenda, ex quibus non minorem cunctus terrarum orbis sit fructum percepturus. Maximum est, Vir omni litteratura spectatissime, ornamenta hæc ad antiquissimam illam Familiæ tuæ nobilitatem adiungere, quæ trecentis abhinc annis è Regione Flandria, vbi illustrissimà sans

ma ſeve viguit ſemper, profecta, annis amplius ducentis apud Brutios omnibus perſpicua virtutibus claruit, & dominata eſt. Vt verò cæteros maiores tuos omittam, de quorum laudibus dicere nullus videtur hic locus, ecquis eſt, qui egregiam Io: Hieronymi Petræ Caſtri Rocchettæ Reguli virtutem, qui eximiam, incorruptamque morum probitatem non admiretur? Dicerem ego de Optimo Parente tuo Io: Leonardo, quanta Hominis in vtroque, & bellorum, & pacis tempore apud Illuſtriſſimum Piſcariæ ſic aiunt: Marchionem honorificentiſſimè ſemper ab eo excepti, extiterit virtus, quanta ex eo tunc temporis emerſerint præclara facta, maioribus ſuis, ſeque digna, quorum merces virtutis memoria conſeruabitur ſempiterna. Verum ne tecum, Vir doctiſſime, penè coram loquens videar hæc auribus dare, inuitus equidem tacita relinquo. De te vero, deque tua erga ſubditos facilitate, atque humanitate, Vaſti Girardi Oppidi, quod in tuo dominatu eſt, Incolæ loquantur vniuerſi. Neque tamen paternum tibi genus prædicandum, maternum vero videtur diſſimulandum; vtroque licet, ſi vetera aſpectemus, æquè glorieris. Nam præter nobiliſſimas Floriorum, Quatrarorum, Merlinorum, Camporeſcorum, Valignanorum, cæterorumque Maioribus tuis Affinium familias, prædicentur vno omnium ore laudes prudentiſſimæ, ac nobiliſsimæ fæminæ Matris tuæ Margaritæ Campanilis ex antiquiſſima illa Campanilium Familia, quæ inter cæteras Rauellenſium vrbis nobiliſſimas veluti inter gemmas fulgentiſſimus Pyropus, effulget. Verum vt de vno tantum, vel de altero familiæ huius ſit ſatis breui meminiſſe, quanta

eſt ho-

est, bone Deus, Io: Hieronymi Campanilis Laquedonensium Episcopi doctrina, quanta Christianæ religionis pietas, quanta demum diuini cultus Religio? nota hæc sunt, notæ item fratris eius Fabritij viri clarissimæ fœminæ Claricis Capuanæ è nobilissimis Neapolit. Nobilitatis familijs sedilis, quod appellant, de Nido, virtutes, de quarum laudibus nulla vnquam posteritas conticescet. Magna quidem hæc videri possunt, Vir æque doctissime, ac nobilissime, quando singula longiori recenserem oratione, sed cum tibi cõmunia sint cum multis, eiusmodi tamen sunt, vt inter fortunæ munera queant referri, quæ scis etiam ad tui dissimillimos aliquando peruenire: verum sic rectam viuendi rationem instituere, vt vnumquodque consilium, vnamquamque actionem, mentis, animique ratio moderetur, virtutum thesauros in se ipso expetere, diligere in alijs, eminere inter alios velle doctrina, ac probitate, hæc & secutus es semper, & maxima cũ laude consecutus. Quamobrem cum ea ipsa, quæ à fortuna pendent, cum doctrina, virtuteque coniuncta facta sint firmiora, magnam apud vniuersos tibi beneuolentiam recte factis comparasti. Hæc ita me quoque ad Tui amorem, atque obseruantiam cæperunt allicere, vt nunquam acquiescerem, quin tibi quoquo modo possem aliquod propensionis erga te meæ signum ostenderem aliquando. Idcirco cum libellum hunc Io: Grandis de Bello Exulum alias ibidem Neap. impressum in studiosorum gratiam, à quibus expeti summopere videbam, curassem denuo Typis mandandum, Tuo nomini inscriptus vt exiret, illa fecerunt superiora, à me solum vt omnibus mei erga te studij verissi-

mam


mam caussam exponerem, commemorata. Accipe igitur libenti animo, hilaroque vultu hoc quodcunque munus obseruantia in te mea argumentum, grati animi non omnino quale velim, sed quale possim hoc tempore monumentum, atque industria, quacunque ea sit, fauetu mea. Quod si diligentia mea Tua aspirabit aura benignitatis, omnia me, qua maxima sunt, putabo consecutum. Vale Neap. 4. Kal. Ian. 1612.



AD EVNDEM

IO: DOMINICVS BOVE.

DEnt tibi dona alij mittunt quæ mollia Seres,
 Quicquid Arabs, diues quicquid & Indus habet.
Nos tibi dona damus, nectunt quæ florea Musæ
 Serta, tuos crines qualia PETRA decent.
Parua damus meritò; verum, si noscis amorem,
 Cedentis nulli pignora amoris erunt.



AD

AD LECTOREM.



IOANNES Grandis quantum in vtroque iure valuerit non ijs ſolum perſpicuum fuit, qui eum imperatorias inſtitutiones Romæ palam interpretantem audiuerunt, ſed & ijs, qui Cataniæ, vbi doctoratus inſignia publicè ſuſcepit, academias ab eo inſtitutas viderunt; quiq; Gordianæ academiæ, quã ipſe erexit in Vrbe, notitiam habuerunt, quibus addendi ſunt, qui Euſtachiorum academiam, cuius idem, & rector, & reformator ſemel, atque iterũ fuit, non ignorant. Et non theorema tantum, verum etiam praxis eminentiſſimè in eo fuit. Hincque ab Illuſtriſſima Columnæ familia oppidorũ ſuorum Præſes Romæque ab Illuſtriſſimo, ac Excellentiſsimo Marco Antonio Columna negotiorum ſuorum geſtor electus fuit, in quibus administrationibus tàm bene ſe geſſit, vt ab eodem Illuſtriſſimo, ac Excellentiſſimo Marco Antonio Regni Sicilię Prorege armorum (vt ibi aiũt) Capitaneus per totum Regnum, ibidemque cauſarum omnium tàm ciuilium, quàm criminaliũ Iudex eligi dignus exiſtimatus fuerit. Nec in Sicilia tantum, ſed in Regno etiam Neapolitano (ea eius erat in adminiſtranda iuſtitia integritas) ſummos meruit honores. Siquidem in Apru

tij,

tij Prouincijs, & Auditor, & earundem Prouinciarum Gubernatoris Regius in exules Consiliarius fuit. Quod munus inde quoque cum in Bariensi Prouincia Auditoris officio fungeretur, per Regnum Regia authoritate subijt. In summa magnus vir fuit, Grandisque re nomen meruit. Lōgeque maior futurus erat, nisi immatura eum Mors præoccupasset; idque non ex supradictis solum datur intelligi, verum ex hoc etiam, quod in exules condidit, opere, in quo Cæteros, in eiusmodi ante hac materia scribentes antecellit. In exules namque, & latrones is malleus acerrimus fuit. Vtinam diutius vixisset, quòd nulli forsitan inferior fuisset in terris. Verum cum sic Deo Optimo Maximo visum fuerit, conquiescamus, oportet; atque hoc, quod compilatum reliquit opus, vnde maior proficisceretur vtilitas, quàm vt dici possit, libenti animo accipiamus. Quod opus perlege lector si in animaduersione exulum, atque latronum tantum Proficere cupis, quantum debes, & potes. Vale.


INDEX PRAEDICAMENTORVM AC QVAESTIONVM TRACT. AC PRACT. D. IOANNIS GRANDIS.

†

2. An

INDEX
ET LOCVPLES
ET FIDELIS IN TRACT.
AC PRACT. D. IOANNIS
GRANDIS.

AVTHORE MILITE D. MARTIO
Fellio Aueanensi. V. I. D.



† a Acta

INDEX.

Audito-

Belli

INDEX.

D

Diffi-

kk

Fora-

Indu-

INDEX.

Indul-

Præ.

Q

Qualitas

Secu-

FINIS.

PHILIPPVS DEI GRATIA REX CASTELLAE, ARAGONVM VTRIVSQVE SICILIAE, HIERVSALEM, VNGARIAE, HIBERNIAE, &c.



ESSENDOSI per esperienza visto, che la moltitudine di foruſciti, che in queſto Regno vanno per la campagna arrobando, ammazzando, & inquietando lo quieto viuere delli ſudditi di S. M. & impedendo lo libero commertio in tanto gran diſſeruitio d'Iddio, di S. M. e diſpregio della Giuſtitia è andato, & ſi và aumentando di maniera, che tutte le rigoroſe prouiſioni, che ſono ſtate fatte per gli altri Vicerè per il tempo paſſato, & anco per noi non hanno ſufficientemente baſtato à riprimere tali eceſſi, & inconuenienti: poiche ſtirpati l'vni, ſono vſciti in campagna l'altri. Hauemo deliberato à tant'inſolentia e nuoui eceſſi, di ſrubatori, incendij, homicidij ſenza riſguardo di perſone, ne di età, di prouedere, & vſare noui rimedij. Et conſiderando che tali delinquenti come perturbatori della

quiete del Regno, disrobatori di strade publiche si deueno tenere, e riputare come inimici, e proditori. Hauendo anco consideratione al peso che li Principi deuono tenere per rimediare alle cose predette, & vedendo che il procedere per la via iuridica suole causare impedimento alla presta, & giusta espeditione, & esecutione della Giustitia, e che da questo nasce poco timore di detti delinquenti, li quali conuiene che non solo per l'impositione delle pene, ma per la forma del procedere, si atteriscano & astengano da commettere simili eccessi. Ordinamo, e comandamo tanto à voi al presente Gouernatore di queste Prouintie, quanto à tutti gli altri futuri Gouernatori, che possiate, e debbiate procedere ad modum belli & militari modo contra quelli forusciti che vanno arobbando per la campagna inquietando il quieto, e pacifico viuere de sudditi di S. M. e perturbando, & impedendo lo libero comertio del Regno, e parendoui necessario per essecutione del predetto aualerui del voto, e parere d'alcuni delli Magnifici Auditori di dette Prouintie, ci contentiamo, che lo possiate, e possano fare à vostra, e loro elettione. Ordinando à voi Gouernatore presente, e futuri, che per attendere all'essecutione di quest'ordine doue, e quando vi parerà non solo necessario, ma espediente & vtile, andare discorrendo per le Prouintie, nella persecutione predetta, per atten

dere

dere all'effetto predetto debbiate, e debbano così esequirlo, e debbiate & tutt'altri vostri successori, tenere intelligenza nella persecutione predetta con gli altri Gouernatori dell'altre Prouintie presenti, e futuri, con dar auiso l'vno all'altro delli foruſciti dell'vna Prouintia all'altra, acciòche tenendo l'intelligenza, & auiso predetto, li foruſciti predetti della qualità predetta siano fuora di speranza di fugire, e saluarsi d'vna Prouintia in vn'altra: ma andando vn Gouernatore Prouintiale, perseguitandoli in sua Prouintia, e facendo il medesimo l'altri Gouernatori l'vno tenendo auiso & intelligenza con l'altro nasca facilità di prenderli, e castigarli. E acciòche possiate così esequirlo: vi ordiniamo che per qualsiuoglia prouisione, ò inbibitione che si facesse per la gran Corte della Vicaria in fauore delli foruſciti della qualità predetta, non debbiate impedire lo corso dell'esecutioni di questo, che vi hauemo ordinato, eccetto se venesse prouisione firmata di nostra mano, et in caso che la detta grã Corte espedisse prouisione in virtù di memoriale presentato, e rimesso à detta gran Corte. Similmente vi ordiniamo, che non debbiate impedire il corso predetto, eccetto come si è detto se fosse prouisione per Noi espedita, e firmata di nostra mano, che così l'hauemo anco ordinato à detta gran Corte. Ordinando che di questo nostr'ordine si faccia notamento,

e registro in questa Prouintiale Audientia 'all' Auditori presenti, & futuri, alli quali ordinamo, e comandamo, che in ciascheduno ingresso che farà ciascheduno Gouernatore Prouintiale se li dia notitia di esso, e se ne faccia notamento, e così l'esequirete, che tal'è nostra volontà, non fandosi lo contrario per quanto s'hà Cara la gratia, e seruitio Regio.

Datum Neapoli, Die 11. *Mensis Aprilis.* 1584.

Don Pedro Giron.

Vidit Salernitanus Regens.

Vidit Cadena Proregens.

Bastida de Munnatones

In curiarum primo; Aprutij, fol. 50.

SVM-

SVMMARIVM.

1 *Deus contra malefactores videtur crudelis rigidus, & cruentus.*
2 *Causa istius Belli fuit excessus exulum.*
3 *Auctoris intentio.*

PROAEMIVM.



Alefactoribus excrescentibus, ne diutius viuerent super terram, & ne in aeter
1 num punirentur. † Deus ipse pijssimus, & clementissimus, crudelis, rigidus & cruentus visus fuit mortalibus; Genus enim in diluuio deleuit humanum: super Sodomam, & Gomorram, ignem, & sulphur pluit, Aegiptios submersit in fluctibus, & Ismelitarum cadauera prostrauit in Eramo. c. quid ergo, 23. q. 5. & contra istos in Ezecchiel c. 21. dixit Mucro Mucro euagina te ad occidendum; lima te, vt interficias, & fulgeas: vt dareris super colla vulneraturum impiorum; & Esdre cap. 15. lib. 4. Ecce ego induco super orbem terrarum mala: gladium, famem, mortem, & inte-

ritum propter quod superpolluit iniquitas omnem terram, & adimpleta sunt opera nociua illorum ac Exo. contra eosdem bellari iustit. dicens in cap. 22. Ponat vir gladium super femur suum, ite & redite de porta vsq; ad portam per medium castrorum, & occidat vnusquisque fratrem & amicum, & pro-
2 ximum suum. † Nimirum igitur si prudentissimus Prorex istius Regni ad quem spectat impios de terra adimere: eosque flamma fame, & ferro conficere, & perdere. c. Regum. 23. q. 5. & 1. Regum. cap. 8. vt mali à malo coherceantur, & vt boni inter malos quietè viuere valeant. cap. non frustra ea. quæst. ad reprimendum nouos. & hactenus inauditos exulum excessus; nouum quoque indixit in exules bellum, quod Potestatem ad modum belli, & militari modo appellant
3 † Super quo verba facturus. reiectis scholasticis disputationibus verborum pompa, & superfluis allegationibus ea pauca transcribam: quæ à Doctoribus, & longa experientia subtrahere potero in his paucis horis, quæ mihi supersunt in puniendis reis, & ceteris exequendis, quæ ab officio offeruntur: & si male (quod nollem) demandatum munus absoluero, me vestra dignum non rigida censura, sed defensione iudicate: atque (vt par est) æquè opus castigate.

SVM-

SVMMARIVM.

1 *Tractatus iste subalternatur sub decem prædicamentis.*
2 *Omnes interpretatio versari debet circa prædicamenta.*
3 *Prædicamenta sunt fundamenta arbitrij.*
4 *Quodlibet prædicamentum continet tres quæstiones.*

OPERIS DIVISIO.

1 INterpretaturus bellum istud exulum in quo arbitrio militatur, vt infra subijciam duxi sub decem illis prædicamentis Substantiæ, Quantitatis, Qualitatis, Relationis, Vbi, Quando, Situm esse, Habere, Agere, & Pati totam materiam subalternare: maxima cum ratione.
2 Tum quia omnis interpretatio circa ea versari debet, vt
3 dixit Azo in proæmio suæ summæ. num. 9. Tum etiam quia in arbitrarijs pro fundamentis arbitrij prædicamenta sumenda sunt Bald. in l. voluntatis num. 7. C. de fideicommiss. Menoch. de arbitra. lib. primo. q. 11. num. 4. &
4 est tex. in l. aut facta. ff. de pæn. Et sub vnoquoque eorum tres tantum subalternando quæstiones prædicamenta expediemus Deo duce.

SVMMARIVM.

1 *Diffinitio substantiæ secundum Arist.*
2 *Describitur substantia secundum Doct.*

De Substantia.

SVbstantia secundum Arist. primo Prædic. cap. de
1 subst. Est quæ neque de subiecto dicitur neque in subiecto est. Ego vero reiectis Philosoforum subtilitatibus de his prædicamentis singulariter loquendo dico
2 quod Substantia secundum Doct. Est quæ rei essentia, & solem-

solemnitatem modum, & naturæ qualitatem indicat; Alciat. 5. Paradox. cap. 16. Menoch, in citata. q. num. 7. & quia hæc omnia demonstrat diffinitio ideo quæram.

1 Quid est Bellum Exulum.

2 Qualiter intelligantur verba Ad modum Belli, & militari modo.

3 De Substantia eorundem.

SVMMARIVM.

1 *Materia diffinitionis potius ad Philosofos quàm ad Doctor. spectat.*

2 *Omnis diffinitio in iure periculosa.*

3 *In principio tractatus debet pracedere questio vnde, idest, ex quibus causis res descendat.*

4 *Diffinitur Bellum exulum.*

5 *Membra posita in diffinitione suum debent habere ministerium.*

6 *Ex bello exulum descendit potestas militaris.*

7 *Militaris potestas consistit in pluribus remissiue.*

8 *Ex causis indicitur Bellum.*

9 *Prorex Regni Princeps dici potest.*

10 *Ad Principem spectat mouere & suscipere bellum.*

11 *Potestas ista est concessa Præsidibus prouinciarum.*

12 *An possit exerceri contra exules tantum.*

13 *Diffinitio ista constat ex genere & differentijs.*

14 *Verbum Potestas stat loco generis.*

15 *Differentiæ istius diffinitionis sunt duæ.*

16 *Diffinitio istius Belli est causalis.*

17 *Declaratur quid sit diffinitio & quotuplex.*

18 *Diuiduntur & diffiniuntur genera causarum.*

19 *Diffinitio aliquando sumitur ex singulis causis separatim.*

20 *In diffinitione istius Belli adsunt omnes causæ.*

21 *In quolibet tractatu, quatuor inquirenda sunt.*

1 Pri-

1 PRIMO quero, quid est Bellum exulum. Quæstio ista licet sit scholastica & potius ad subtiles Philosofos quam ad simplices legum interpretes spectet ex
2 quo tractat materiam diffinitionis, † quæ semper in iure periculosa fuit. l. omnis diffinitio. ff. de reg. iur. tamen eam subijcere volui, quia cum sit per proprias causas, proprium quoque iuris nostri est querere vnde id de
3 quo tractatur descendat idest ex quibus causis, † & hoc præcedere debet omnem disputationem, omnemque tractatum, Arist. 4. Metaphi. tex. 10. l. prima. ff de iusti. & iur. l. 1. ff. si cer. pet. l. 1. ff. de fur. & l. 1. ff. de acquir. posses.
4 † Bellum igitur exulum recte describi poterit. Est potestas militaris à Principe Presidibus prouinciarum con-
5 cessa ad extirpandum exules. † Et quia singula membra diffinitionis suum debent habere ministerium, vt dixit glo. in §. 1. institu. de actio. in ver. quamuis, & ibi notant Ias. Gomez. & cæteris idcirco ex ista diffinitione plura
6 erunt notanda. † Primum, ibi potestas militaris, quod istud Bellum importat militarem potestatem, quod probatur per verba literarum potestatis ibi (*Possiate, &*
7 *debbiate procedere ad modum belli, & militari modo*) † Et potestas militaris consistit in pluribus quorum decem posuit tex. in cap. ius militare distinct. prima & ego centum enumerabo in quæst. 3. sub Predicamento Pati.
8 † Quod bellum ex causis Princeps mouere solet, quas posuit vtilis ille doctor Lucas de penna in. l. 1. num. 23. cum sequen. C. ne rustica. lib. 11. Præcipua erit incorrigibilis latronum audacia, quæ non patitur Regnum esse quietum & transitum securum, vt probat idem Lucas de Penna in citato loco, & est tex. in. l. ii. C. de his qui latro. & in c. notandum. 23. q. 2. cum cæteris per me allegatis supra in proæmio, & infra sub Predicamento Pati. q. 3. in
9 primo speciali. † Secundo nota ibi à Principe; quod bellum istud indixit Princeps idest *Prorex* istius Regni, qui *Princeps* vocari poterit: per ea quæ notat Iacob. in

sua

sua inuestitura in ver. Princeps Pedemontium, Freccia de subfeud.lib.2. sub rubri.quis dicatur Princeps, Bossius in suis tracta tit. de principe, vbi etiam ponuntur
10 eius priuilegia, † Et ratio est quia ad principem solum spectat mouere guerram, & bellum suscipere l. 1. C. vt armo. vsus. lib. 11.c. quid culpatur.23.q.1.l.3 ff.ad l.Iul. maie. latè per Iser.in vsi.feu.sub tit.c onsuetudin. num. 5.cum sequen.Tertio nota,ibi Presidibus prouintiarum.
11 † Quod potestas ista militaris est concessa Præsidibus prouintiarum,quos nos Gubernatores appellamus,in literis potestatis ibi (*tanto à voi al presente Gouernatore di queste prouintie quanto à tutti l'altri gouernatori futuri*) & ratio est, quia de istis multum confidit Princeps. l. 1. ff. de offic. præfect. præto. Et de potestate istorum Præsidum non intendo nunc tractare, sed alias dicemus Deo dante in Tracta. de Potentia, & Impotentia Regiarum Audientiarum. Sed an ista potestas transeat ad successores. An sit delegabilis vide,in proprijs quæstionibus sub
12 Prædicamento Agere. † Quarto nota ibi ad extirpandum exules. Quod potestas ista exercetur tantum contra exules,probatur in ijsdem literis potestatis,ibi,*contra quelli forasciti,&c.* Et an extendatur ad eorum auxiliatores, ad incidentia, & emergentia, & ad causas pendentes,& preteritas;vide infra sub Prædicamento Relatio-
13 nis † Quinto nota quòd ista diffinitio constat ex genere,& differentijs, sicuti constare debet omnis diffinitio, vt in.l.1 § dolum.ff.de dolo.Bar.Bald. & alij in.l.1.ff.de testamen.Bal in c.cum contingat de dolo, & contuma. Genus enim dicitur, quod prædicatur de pluribus differentibus numero.l.1.§.huius studij iuncta glos. ff. de iusti & iur.§. huius studij cum glo.Institut eod.tit. c.11. in fin prima distinct.§.plebiscitum Institu de iur. natur. gen. & ciui. Et an semper ita sumantur apud iuristas vide Bart.in l.quod nerua. ff. deposi Castren & cæteros in l.11.§.mutui autem.ff.si cer.peta.Bar. in l. legato genera-

neraliter. ff. de lega. prim. Canoni. in cap. Pastoralis, §.
14 quoniam de rescrip. † In ista diffinitione ponitur loco generis verbum Potestas: quod prædicatur de Potestate ciuili, & de Potestate militari, de quibus in c. ius ciuile, & in c. ius militare distinct. prima, & ideo dixit text. in l. potestatis. ff de ver. signifi. quòd verbum istud plura
15 significat. † Differentiæ eligi possunt ex prædictis notabilibus. Duo tamen sunt principales. Prima ibi militaris ad differentiam Potestatis ciuilis: quæ est species separata, vt in dictis capitulis. Secunda ibi ad extirpandum exules posita ad differentiam aliorum bellorum, & potestatum: quæ non solum ad extirpandum exules dantur sed infideles quoque & ad coercendum omnia delicta, quæ sponte, vel ignorantia committuntur, vt
16 in. l. 1. ff. de leg. † Sexto nota; quod diffinitio ista est causa
17 lis; † Ad cuius euidentiam premittendum erit, quod diffinitio nil aliud est quàm demonstratio essentiæ rei diffinitæ: Abb. in rub. de sent. excommu. Bart. in l. 1. ff. de acquir. possess. & in terminis Cagnolus in. l. omnis diffinitio num. 6. in fin. ff. de regu. iur. Et secundum Philosofos, & Doct. diffinitio est duplex; quid nominis, & quid rei; Aristo. 2. posterio. text. 10. Cagnolus in dicta. l. num. 3. qui allegat aliquos. Quid nominis, est oratio nominis significationem exponens, quam nos ethimologiam vocamus, & sic diffinitur à Iuris magistris, vt dixit Bonus Bononij in præfationibus ad titulum de acquir. possess. num. 10. vt puta Testamentum est testatio mentis. §. 1. Institut. de testamen. Possessio est pedum positio. l. 1. ff. de acquir. pos. & de ista non est tractandum, materia est in dictis legibus, & in l. 1 ff. de furtis, ac in l. 2 §. mutui autem. ff. si cer. peta. Diffinitio quid rei, est oratio, quid est esse indicans; Aristo. primo topico. 4. hoc est essentiam, & naturam rei perfecte manifestans; Cagnol. in citato loco num. 6. Et ista diffinitio plerunque in iure nostro fit per causas, & vocatur diffinitio causalis quæ est

oratio

oratio propriàs causas declarans ; Bonus Bononij in di-
18 ctis præfationibus num. 11. † Causarum autem gene-
ra quatuor esse dixere idem Bonus, Cagnolus, & alij su-
pra citati, Efficientem, Materialem, Formalem, & Fina-
lem. Dicitur causa Efficiens vnde nascitur principium
motus, & mutationis, vt Faber in opere, Materialis est
quæ cum insit; ex ea aliquid fit, vt ferrum in cultro, Fina-
lis est cuius gratia, vel propter quam quidpiam fit, vt
beatitudo in homine, & est prima in intentione, & vlti-
ma in exequtione, vt dederant allegati Doctores. Diffi-
nitio igitur aliquando sumitur ex omnibus generibus
causarum coniunctim, vt est diffinitio tutelæ in l. 1. ff. de
tute. Est vis ac potestas in capite libero constituta ad
tuendum eum, qui per etatem sua sponte se defendere
nequit iure ciuili data atque permissa. Et in diffinitione
obligationis posita in §. 1. Institut. de obliga. Obligatio
est iuris vinculum quo necessitate astringimur alicuius
rei soluendæ secundum nostræ ciuitatis iura, & in alijs
19 quoque positis per Doctores. † Aliquando diffinitiones
non sumuntur ex omnibus causis coniunctim, sed ex
singulis earum separatim, vt exemplis declarabo. Per
causam efficientem diffinitur lex in. §. lex est Institu. de
iur. natu. gen. & ciui. Lex est quod Populus Romanus se
natorio magistratu interrogante (veluti consule) consti-
tuebat, & ideo dixit in. c. quædam distinct. 2. quod quæ-
dam leges dicuntur ab ijs qui eas condiderunt ; Per cau-
sam materialem diffinitur ius in l. 1 § ius. ff. de iusti. & iur.
Ius est ars æqui, & boni, & in l. 2. ff. de legi. Per causam
formalem diffinitur actio in §. 1. institut. de actio. Actio
est ius persequendi in iudicio quod sibi debetur; & in l. 1.
ff. de testa. Per causam finalem diffinitur iustitia in §. 1.
institu. de iusti. & iur. Iustitia est constans & perpetua vo
luntas ius suum vnicuique tribuens. Et in materia diffini-
nitionis aduertendum est quod causa formalis vix repe-
20 riri poterit absque finali. † Dico nunc quod diffinitio
istius

istius Belli continet omnes causas coniunctim: Causa efficiens ibi à Principe. Materialis, delicta exulum, ibi exules. Formalis, vis militaris, ibi militaris. Finalis extir-
21 patio exulum, vt in fine diffinitionis. † Vltimo notandū est quòd cum de aliqua requiritur quatuor principaliter inquirenda sunt, videlicet, An id de quo agitur sit: Quid sit. Quale sit. Propter quod denique sit. Aristot. 2. posterio. tex. primo; Bonus Bononij, & Cagnolus in citatis locis, & hæc omnia obseruata videbis non solum in tractatu sed in diffinitione quoque istius belli: ex prædictis apparet vtilitas ipsius diffinitionis.

SVMMARIVM.

1 *Statutum potest intelligi literaliter, & ciuiliter.*
2 *Verba ad modum belli, &c. possunt intelligi literaliter, & ciuiliter.*
3 *Secundum intellectum literalem duo sunt modi procedendi*
4 *Ponuntur sex differentiæ inter istos modos.*
5 *Si ciuiliter intelligantur non differunt,*
6 *Natura verborum geminatorum.*

SECVNDO quæro: qualiter intelligantur illa verba Ad modum belli, & militari modo? & sciendum est
1 pro intelligentia, † quòd statutum, & quælibet lex noua duplicem intellectum habere possunt, literalem nempè: qui ex litera colligitur: & ciuilem: qui ex mente, & ratione legis sumitur, & voluntas legis dicitur; ita singulariter dixit Bald. in leg. omnes populi num. 17. ff. de iusti. & iur. & in num. 18. subdit, quod in statutis ad vnguem sequi debemus literalem intellectum, si in eo potest salutari ratio mortua statuti; quando ex verbis colligi & ex intellectu præsumi potest; secus si non posset nec colligi, nec præsumi: quia tunc diceretur casus omissus, & remaneret sub dispositione iuris. leg. commo-

diffi-

dissimè.ff:de liber.& posthum.l.ex ea.§.in insulam.ff.de
2 verb. oblig. l. si cum dote. ff solut.matri † Modo dico quod verba prædicta intelligi possunt literaliter,& ciuiliter:si literaliter intelligamus,erunt duo modi procedendi, Modus belli,& modus militaris nam sicuti in militia duo tempora considerantur;tempus belli, seu pugnæ, & tempus tentorij ante pugnam: glo. in verbo hominibus. §.planè Instit de milita testa.glo.in.l.milites la si C.eo. vbi Bar.ita declarat,& est tex in l.1.iuncta glo in verbo cum ea.ff de bono.pos.ex testamen.milit.& ideo duobus modis contra desertores militiæ procedi potest. Tempore pugnæ ad modum belli, & nulla lege, nulla solemnitate,& nullo ordine seruatis.Tempore tentorij;modo militari,aliquo iure,aliqua solemnitate,& aliquo ordine
3 seruatis, vt infra declarabitur † Ita & contra istos exules.desertores campaneæ, Princeps considerauit duo tẽpora, Tempus belli seu pugnæ, & est dum prosequuntur & capiuntur ; & isto in casu contra eos procedi potest Ad modum belli, vt sentit potestas in illis verbis. *Espediente, & vtile andar discorrendo, &c.* Tempus tentorij, & erit dum residet Præses, & procedendum erit contra exules,qui reperiuntur in fortijs curiæ: nam tunc militari modo procedere debet , & intelligendo verba ista modo prædicto differunt isti duo modi procedendi in multis,vt dicemus sub Prædicamento Passionis q.3. speciali. 1. & 2. Pro nunc considerari possunt sex differen-
4 tiæ. † Prima erit in tempore,nam modus belli tempore pugnæ, Modus militaris tempore tentorij intrat , vt supra diximus. Secunda in primo modo nulla iura seruantur, saltem de facto,quia in castris,vt C. Marius dixit ingens armorum strepitus non permittit leges audiri , vt refert Menoch de arbitr.lib.1.q 95 num.18 & de facto seruari dixit Faber in Proæm. Instit.in secundo verò aliquo modo seruantur iura : nam ideo militibus datus est Auditor Campaneæ, & Præsidi Regius Auditor pro Cõ

sultore

ſultore, vt in illis verbis poteſtatis. *Aualerui del voto, &c. d'alcuni delli Mag. Auditori, &c.* Tertio in primo nulla penitus ſolemnitas requiritur, in ſecundo aliqualis, vt dixerunt glo. in dicto. §. planè. in l. fin. & in dicta. l. 1. & Amedeus de ſyndicatu num. 145. Quarta in primo modo exules de facto occidi poſſunt in ſecundo non, ſed præcedente aliquali cauſæ cognitione, Alciatus in l. pupillus. § 1. num. 8. & 9. de verb. ſignifi. Quinta, in primo nulla requiritur ſcriptura, ſed ſufficiunt probationes viua voce factæ coram Præſide Rolan. in conſi. 16. num. eod. & ſequenti Grauet. conſ. 198. in fi dicit, quò I poteſt iudicari ex his, quæ fiunt extra acta. In ſecundo requiritur ſcriptura ſaltim de conſuetudine, & ideo Actuarios quoque lex conſiderat in iudicio militari l. actuarij. C. C. de eroga. milit. annon. lib. 12. Sexta in modo belli nulla requiritur citatio, in modo verò militari requiritur, & ita intelligo Aymo. in conſi. 5. num. 12. Vrſil. in Afflict. decis. 391. col. 2. Poſſunt etiam intelligi dicta verba ciuiliter, & tunc nulla eſſet inter iſtos modos differentia, quia voluntas Principis fuit per iſta verba concedere Præſidi liberũ arbitrium contra foraſcitos, & ſemper quod voluit concedere huiuſmodi arbitrium vſus fuit vel iſtis, vel alijs equipollentibus verbis: Ecce in poteſtate Gubernatoris Calabriæ dixit procedas Leuato velo, vt in Cancellaria in Cur. primo fol. 121. & in poteſtate menſibus elapſis conceſſa Don Giaymo de Alagon Comite villæ ſorris dixit. procedas de Facto Velo leuato Ad modum belli, vt in Cur. 2. fol. 265. & Papa dicit, procedas forti manu: & in Poteſtate Mihi conceſſa in Regno Siciliæ, quam quinquennio fideliter exercui, dicebatur Ex Abrupto procedas & in ſumma his; & ſimilibus verbis vſi fuerunt Principes in conceſſione liberi arbitrij, de quibus verbis, & clauſulis vide Nact. in cle. ſæpe de ver. ſignifi. Iaſ. in l. ſi ſic legatum. ff. de leg. primo. Celſus in tractatu clauſularum ſub tit. de clauſ. re

5

ſcrip.

script. Menoc. de arbitr. lib. 1. q. 8. Ang. Ias. & cæteri in. § in bonefidei Instit. de Actio. Felyn. in. c. 1- de conf. Imol. & Bart. in l. filiusfamilias. ff. de donatio. & quod verba Ad modum belli, & militari modo importent liberum arbitrium dicemus in *Prædicamento Pati*. q. 3. speciali.

6 7. † Nec mirum si geminauit verba, quia id fecit, vt certiores essemus de voluntate ipsius *Principis* & vt magis operaretur potestas: verba enim geminata semper augmentum inducunt, & potentiora sunt quam simplicia: l. si mulier la. 2. C. ad Velleya. l. balista. ff. ad Trebellia. & effectus verborum geminatorum ponit Roma in. l. si vero. §. de viro. ff. solu. matrimo. ex quibus apparet quod verba potestatis absque absono intellectu intelligi possunt literaliter, & ciuiliter.

SVMMARIVM.

1 *Verba Admodum belli, &c. important liberum arbitrium.*
2 *Liberum arbitrium resecat solemnitates iuris ciuilis non iuris gentium.*
3 *Enumerantur solemnitates iuris gentium.*
4 *Perquisitio veritatis est solen. iur. gent.*
5 *Probationes sunt de iur. gent.*
6 *Defensiones sunt de iure gentium.*
7 *Causæ cognitio similiter.*
8 *Citatio est de iur. gen. secundum communem opin.*
9 *Suspecta rationi naturali tolluntur.*
10 *Iuramentum testium an sit de iuregen.*
11 *Solemnitates iuris gent. possunt in parte tolli; & interpretari.*

1 Tertio, quæro: quæ sit substantia illorum verborum ad modum belli, & militari modo? & dico, quod siue literaliter siue ciuiliter intelligantur (vt in præcedenti

denti quæstione declarauimus) important liberum arbi-
2 trium; † cuius natura est solemnitates tantum iuris ciuilis, non autem iuris gentium: aut naturalis æquitatis siue rationis resecare Bald. in leg. 1. ff de testa. milit. Paris de syndi. verb. arbitrium num. 11. Ancar. cons. 167. sub.
3 probatione Amed. de syndi. num. 143. Bart. in l. filiusfamilias num. 4. ff. de donat. & ibi Alban. allegat Cot. idem Bart. in tracta. ad reprimendum verb. videbitur num. 8 Cataldi. de syndica. num. 54. q. 108. Bart in l. neque ff. de testamen. milita. & ratio est quia Princeps non potest per concessionem potestatis cuiuscunque derogare iuri naturali, aut gent. glo. in. l. fin. vbi omnes. C. si contra ius, vel vtili. pub. Bald. in l. fina. C. de legibus: vbi etiam dicit quod tenetur seruare regulas naturalis æquitatis sicuti regulas iuris gentium: quia idem significant; hoc quoque dicit Bar. in dicto ver. videbitur nu. 8. Mil. in suo repertorio ver. arbitrium 46. & ista est communis opinio, de qua testatur Lancillot. in templo omni. iudic.
3 lib. 1. cap. 1. §. 4. ver. ius natural. & gent. † & ne super in cognitis procedamus scire oportet; quæ nam sunt istæ solemnitates iuris gent. siue natural. æquitatis? & plures enumerantur in. l. 1. §. ius naturale vsque ad. l. ius ciuile. ff. de iusti. & iur. & genericè ponit Bar. in l. digna vox. C. de legibus. Quò verò ad criminale iudicium, quod præ manibus habemus, possunt considerari septem solemni-
4 tates iur. gent. † Prima est perquisitio & ventilatio veritatis, quam iudex perquirere debet. c. fin 30. q. 5. & l. fi. ff. de probat. & ista præcipuè cura ipsius esse debet. l. 1. cũ allega. in glo. penul. C. de dedit. liber. tollen. quæ perquisitio veritatis cum iuris gent. fit. tolli non potest per liberum arbitrium: Bal. in l. fin. per illum tex. not. i. in. fi. C. de legibus; Deci. in l. 2 col. 2. C. de eden. cum allegatis in so-
5 lemnitate. 4. † Secunda solemnitas sunt probationes, quę etiam de iure diuino dici possunt: & ideo tolli non debent; Maran. in suo Specu. 9. distinct. num. 10. Amede.

de syndica num.14.Bald.in l. 1.in fin.ff.de euictio. idem Bald.in l. 1.ff de testa.mili. Bart.in dict. l. filiusfamil.nu. 2.& dicit Bald.in l.præsbiteri num.15.C. de Episcop.& Cleri.quod quantumcunque quis habeat arbitrium constare debet de facto:& ista est communis opinio, de qua testatur Vant.in tract. nulli.vers.de nulli. senten. ex defect.process.num.37 & ideo addtio ad Bar.in lit.g.in dict.l filiusfamilias.dixit quod non potest ex abrupto oc

6 cidi bannitus.† Tertia solemnitas est, vt dentur defensiones,quæ sunt iuris naturalis, & negari non possunt: Bar.in allegata.l.filiusfamilias num 4.Bald.in l. milites. num.5.C.de testam.milita.Ias.in § in bonefidei nu.35. de actio.Anc.consi.167.Marsi.in.l vnius § cogniturum nu.44.ff.de quæstio Cardina.& cæteri canoni; in clem. sæpe §.1.de re iudica Cotes per Vrsill.in Affli.decis.391 qui intelligit prædicta procedere quoad condemnandũ,

7 non autem quoad modum procedendi. † Quarta solem nitas iuris gent. & diuini est causæ cognitio, quæ similiter necessaria est Abb. in cap. 1. de caus. possess. & proprie.& procedit etiam in sententia Papæ, & Imperatoris,qui absque causæ cognitione Procedere non possunt Capic.decis.69.num 35. & ista est communior & verior opinio,vt dicit Vant in loco præallega. num. 30. & 36.

8 † Quinta solemnitas est citatio, vt notatur in clement. pastoralis de re iudic. Maran. in dicta distin. Cotes per Grauati ad practicam Vestris lib.3.c.2.num.22.& lib.5. cap.13.num.7.in quibus locis testatur de communi: mihi autem semper placuit distinct. Aym. cons. 5.num.3. vbi dicit,quod aut sumus in iure, quod Princeps auferre potest tertio de plenitudine potestatis etiam sine causa, & tunc non requiritur citatio partis,cui inuitæ, & sine causa præiudicare potest:aut in iure, quod Princeps tollere non potest tertio de plenitudine potestatis, & tunc requiritur partis citatio, exemplum primi membri erit in his,quæ sunt iuris ciuilis. Exemplum secundi membri

est

est in his, quæ iur. gent. sunt: ita singulariter declarat Lancillot. in lib. præalleg. §. 3. cap. 1. de plenitudine potesta-
9 tis. † Sexta solemnitas est circa ea: de quibus ipsa ratio naturalis suspitionem habet, nam prædicta non debet admittere Præses contra forascitos, vt puta capitales inimicos Bart. in dict. l. filiusfamilias num. 6. item testes reddentes malam, aut nullam causam Bald. in l. solam in fin. C. de testibus, quem sequitur Barba. in additione ibi lit. g. & similes, de quibus per Menoch. de arbit. lib. 1.
10 q. 25. num. 23 † Septima est iuramentum testium, quod iuris diuini etiam dicitur Bal. in l. presbyteri. C de Episc. & Cler. num. 13. Amed. de sindi. num. 143. Ias. de actio. in. § in bonefidei num. 29. qui allegant alios, & Marsi. in singulari 114. singulariter dixit quod nec Papa potest dispensare, quod testis non iuret, nec vigore arbitrij bonis viris non iuratis credendum est. *P*aris in loco præallegato num. 13. & ista videbitur communis opinio ex mente Menoch. de arbitr. lib. 1. q. 27. qui declarat procedere quoad plenam probationem, non quoad qualem, qualem quæ est sufficiens inclinare animum iudicis, & licet Bart. in dict. l. filiusfam. num. 5. teneat non requiri iuramentum, quia est solemnitas iur. ciuil. quem sequuntur relati per additionem ibi in lit. d. tamen. contraria opi-
11 nio est verior vt dixi. † Verum ex causa rationabili dictæ solemnitates possunt per Principem in parte tolli, & interpretari non autem in totum quia ius gent. à quo descendunt immutabile est. §. sed naturalia Insti. de iur. natur. gent. & ciuil. & hoc probant glos. & Doct. in l. fin. C. si contra ius, vel vtili. publi. Abb. & Felyn. in c. quæ in ecclesiarum col. 6. de constit. quod firmat & declarat Lancil. in loco præalleg. in tit. statuit contra ius naturale, & in tit. sequenti dicit quod eandem potestatem habet *P*rinceps in his, quæ iuris diuini sunt, & nos aliqua ad declarationem istarum solemnitatum dicemus in specialibus sub. 3. q. Prædicam. passionis, & pro nunc ista

sufficiant, quoad prædicamentum substantiæ.

SVMMARIVM.

1 *Quantitas diffinitur secundum Arist.*
2 *Quantitas consideratur duobus modis.*

De quantitate.

1 QVANTITAS teste Aristotele. 5. Metaphi. est illud, quod est diuisibile in ea, quæ insunt, quorum quodlibet est natus esse hoc aliquid.
2 † Doct. vero parum ab eo differentes considerant quantitatem altero de duobus modis; vel per mensuram pondus, & numerum, vt puta decem pedem, sex librarum, & viginti aureorum vel per relationem ad aliud in his rebus. in quibus non cadit mensura, pondus, & numerus. ita Bart. in tracta. de testib. versic. quantitas. leg. Aut facta §. quantitas. ff. de pœnis, exempla ponit Bald in. leg. voluntatis. C. de fideicomm. Menoch. de arbitr. lib. 1. q. 11. num. 8. & quia respectu aliarum potestatum, magna est potestas militaris, vt in cap. ius militare distin. 1. meritò secundo modo considerando eam quæram.

1 Quanta sit potestas istius belli contra exules.
2 Quanta pro exulibus.
3 Requisita indultus.

SVMMARIVM.

1 *Bellatur contra absentes & præsentes exules.*
2 *Contra absentes diuersimode proceditur primo de iure commu.*
3 *Modus procedendi secundum consuetudinem Italiæ.*
4 *Qualiter procedatur in Gallia contra absentes.*

5 De

5 *De iure canonico qualiter procedatur.*
6 *De iure Regni plura requiruntur.*
7 *Banna regia dant alium modum.*
8 *Modus belli & militaris explicantur.*
9 *Contra præsentes proceditur diuersimode primo de iure communi.*
10 *Qualiter procedatur in Lombardia contra eosdem.*
11 *In Sicilia qualiter procedatur,*
12 *Brunus ponit alium modum.*
13 *Modus procedendi ex processu informatiuo.*
14 *Modus militaris explicatur.*
15 *Qualiter procedatur contra præsentes ad modum belli.*

PRIMO quæro de quantitate potestatis contra exu
1 les? † pro cuius resolutione sciendum est quod bellatur vigore istius potestatis, tam contra exules absentes dum perquiruntur & inquiruntur, quam contra præsentes dum proceditur, & puniuntur & contra eosdem magna est potestas militaris, vt apparebit in centum specialibus in fine tractatus subiacendis; sub ista vero quæstione recitare placuit diuersos modos procedendi contra vtrumque secundum diuersitatem regionum, & statutorum: vt in isto bello, quod certam formam hucusque non accepit, non belluare, sed ritè, & rectè bellare scias.
2 † Proceditur contra reos absentes diuersis modis. Primo de iure communi, si reus absens erat inquisitus de delictis vltra relegationem, non poterat damnari, sed patiebatur alias pœnas nempe annotationem bonorum, & si perseuerauerit in contumacia per annum confiscabantur in pœnam suæ contumaciæ, perdebat iura suæ ciuitatis, & multa alia patiebatur. Si vero erat inquisitus de delictis à relegatione infra poterat damnari, & relegari, & hæc omnia procedunt de iure communi. l. 1 vbi Doct. ff. de requir. reis Gaudi. in tracta. malefi. in rub. quid sit agendum reo absente Lancillo. in suo Breuiario



uiario tit.de contum.& banni. Clar. in prax.crim q.44. ver.1.Bart.in quæst. Lucanæ ciuitatis nu.20 de communi Bal.in l.absentem num.9 C.de accusa.& ad id, quod diximus, quòd absens non poterat condemnari, ponit octo limitationes, Lancillot.in loco præallegato num. 8
3 † Secundo de generali consuetudine Italiæ, quæ non requirit lapsum anni, vt ius commune; sed citatur solemniter ponitur in banno, & proceditur vsque ad foriudicationem cum aliquibus tamen solemnitatibus, de qua consuetudine testantur Lancellot. in loco præallegato num.8. Clar.ibidem ver.licet autem. & in hoc Doct. &
4 Practici non discordant. † Tertio de consuetudine Galliæ proceditur contra absentes vsque ad sententiam diffinitiuam; quatuor tamen præcedentibus contumacijs,
5 vt dixit Boer.in decis 63.num.9.qui allegat alios. † Quarto modo proceditur contra istos de iure canonico: nam si citatus non comparet efficitur contumax, & excommunicatur, & si perseuerauerit in excommunicatione per annum habetur pro confesso, & conuicto de crimine, de quo imputatur; & ista est communis conclusio canonistarum, de qua testatur Ripa in.c. 1. num. 77. de iudi.quem refert, & sequitur Clar.in loco præallegato.
6 † Quinto modo proceditur contra absentes de iure Regni vsque ad foriudicationem vigore constitu.pœnam eorum, & tunc quindecim requiruntur, quæ enumerat Afflict in dict.consti. num.5. cum sequen. & aliqua per
7 Foller.in prax. crimina. versi. foriudicentur. † Prorex quoquè induxit his temporibus alium modum, & sic sextum contra forascitos, vt patet in bannis nouiter emanatis, in quibus statuit ipsis forascitis terminum decem dierum ad se præsentandum in Curia in qua sunt inquisiti vel reputati contumaces, quo termino elapso ipsos diffidat, & declarat verè foriudicatos, contumaces & bannitos, & in Cancell. Banno.pr.fol.22.& 84.& in cur. pr.Apru.fol.47.quod qualiter intelligatur dicemus infra,

† Se-

8 † Septimum modum induxit Dux Vssunæ Prorex istius Regni vigore istius potestatis, & est vt possit contra eos procedi ad modum belli, & militari modo, idest reiectis solemnitatibus iuris ciuilis, abbreuiatis terminis, & nullo ordine iuris positiui seruato, vt diximus sub *Prædi.* subst.q.3 & dicemus in specialibus, & ideo dicebam Gubernatori Prouintiarum Aprutij quod patrato aliquo nouo, & atroci delicto per eosdem, possunt citari, dato breui termino, & si non comparuerit: potest procedi ad foriudicationem, & ad alias pœnas, quod tandem declarauit Prorex in potestate concessa contra forascitos Domino Michaeli de Aguirre dicens, quod possint abbreuiari termini contra forascitos absentes, vt in Cur. 5.fol.22. immo vltimo loco fuit publicatum bannum contra forascitos componentes subditos S. M & illos, vt dicitur, recaptantes, absque alio termino haberi mandat pro verè foriudicatis, & quod bona eorum sint confi
9 scata; vt in Banno pri.fol.128.† Contra præsentes reos, similiter diuersimodè processum fuit, secundum diuersitatem Regionum. Primum modum induxit ius ciuile contra malefactores, quem nos ordinarium appellamus: & iste modus requirit iuris ordinem, solemnitates, & multa alia, quæ currunt per curias, & enumerantur per Foller. in sua prax. crim. de quibus facit multas rubricas, & per alios practicos, & notus est modus iste omnibus,
10 & forsan in sequen. quæst. ego aliqua dicam. † Alius est modus, qui de stilo, & consuetudine seruatur in Lombardia: quem refert Blanc. in leg. fin. ff. de quæst. in 3. præmisso num. 21. & 22. Anton. de Nigris, in cap. si cum sceleratis, num. 99. & est, nam examinatis testibus parte incitata, examinatur principalis, & eius constitutum habetur pro litis contestatione: deinde si adsunt indicia sufficientia absque publicatione, & alijs solemnibus torquetur, & si confitetur ex abrupto condemnatur: sin autem
11 proceditur vt iuris. † Tertius modus seruatur in Sicilia

vbi patrato delicto siue ad instantiam partis siue fisci capitur reus ad effectum, vt interogetur, & vt ex suis subitionibus, vt verbis illius Curiæ vtar, possit fundari intentio partis, vel fisci, & si capitur in subitione carceratur: fin autem recipiuntur testes parte citata, qui etiam recipi possunt ante subitionem: & si cõstat in tantum, quod procedi possit ad torturam nullis auditis defensionibus facti ipsius rei, sed tantum iuris ad torturam ponitur: & si fatetur, datur terminus innocentiæ (pro vt ibi dicunt) ad probandam suam innocentiam; & si constat per quatuor testes de visu, absque tortura datur terminus extraordinarius: & elapso termino innocentiæ, vel extraordinario, nullo alio actu subsequente, absoluitur, vel condemnatur reus, prout refert Cumi.in fin. rit. M.R.C.Siciliæ in sua prax.tit.de caus.crimi.mihi fol.52.& istum modum ego obseruaui, & vidi passim obseruari per alios in
12 dicto Regno. ✝ Quartum modum ponit Brun. in tract. de indit.& tort q 5.2.partis.num. 11. vbi dicit quod iudex debet aduertere, quod antequam veniat ad torturã debet procedere hoc modo; quia habita informatione de delicto, & constito sibi de facto, vt supra proxime dictum est, debet in bastardello facere inquisitionem contra illum, quem tale delictum dicitur commisisse, quæ erit inquisitio specialis quo ad delictum, & generalis quo ad personas: & super illa debet examinare testes etiam nullo aduersario ad hoc citato & si habuerit inditia, procedat ad inquisitionem specialem contra personam, cõtra quam laborant indicia; & istam ponit in lib. actorum prout habetur in cap. qualiter & quando, de accusa. vt hoc facto, si adsunt indicia sufficientia ad torturam, torquetur: & si probatione sufficiente, condemnatur; vt ibi, quem vide, quia ponit etiam modum procedendi contra absentes, & ex mente Areti. dicit esse mente te-
13 nendum, licet ipse non firmet. ✝ Quinto modo de iure Regni potest procedi contra huiusmodi forascitos, ex pro-

processu informatiuo de præeminentia M.C.V. contra disrubatores stratarum, homicidas, & aliorum maiorum criminum labefactos, ad torturam vigore capituli Regni incip. si cum sceleratis, & practicatur hoc modo, nam recipiuntur testes contra reum parte incitata, deinde examinatur dictus reus, & si adsunt indicia sufficientia ad torturam, vel si de socijs interrogari potest (prout regulariter) interrogantur forasciti (vt in specialibus dicimus) torquetur, & si confessus vel conuictus fuerit, vel si indicia non fuerint euacuata, taliter quod possit aliqua pena puniri, contestatur lis datur terminus, & in summa post torturam illatam, proceditur ordinariè, vt dixit, Anto. de Nigris in dict. cap. cum sceleratis, in fin. & Modus iste differt ab illo Lombardiæ, nam ibi semper extraordinariè proceditur, sed hic extraordinarie vsque ad torturam, deinde ordinarie; Præterea ille modus habet locum contra omnes delinquentes, iste vero contra quosdam nominatos in dict. c. & istas duas differentias considerat Ant. de Nigris in loco citato, & quo ad istum modum notanda pro nunc sunt duo. Primò quod regulariter adhoc, vt habeat locum decem, & octo requirũtur quæ enumerat idem Ant. de Nigris in eodem. c. nu. 24. vsque ad fi. sed hodie duo tantum sufficiunt grauitas delicti, & frequentia indiciorum; vt dixit Franc. in decis 143. nu. 2. & ita obseruaui in Regijs Audientijs. Secundò licet regulariter præheminentia prædicta soli magnæ curiæ competat, vt per Fran. in d. decis. & Ant. de Nigris in d. c. & sentit Affli. in decis. 391. tamen hodie est dilatuta ad Regias Audientias, & maximè ad Audientiam Aprutij, quæ absque licentia obtenta à collaterali consil. vt dictat Prag. fina. de offi. iustit. vtitur dicta præheminentia, & ita communiter obseruatur Cara. in rit. 259. n. 10. quia Regiæ Audientiæ habent præheminentias, quas habet M.C.V. idem in rit. 54. in fi. & in rit. 49. nu. 24. & iste modus hucusque obseruatus fuit per commissarios Campa-

nea.

14 nex, & Regias Audientias contra forascitos. † Sextus modus est iste militaris, qui hucusque non accepit certam formam. ego vero sic practicaui, receptis testibus, reo citato, si erat præsens, prout fit in Sicilia, vel non citato, si alibi reperiebatur carceratus, prout fit in Lombardia, ipsoque reo examinato, si aderant indicia, torquebatur, & confesso, seu conuicto, vel indiciato taliter, quod posset aliqua pena infligi fuit datus terminus ad se defendendum, in quo concedebatur copia repertorum, & elapso termino, citabatur reus ad sententiam: deinde proferebatur, prout iuris erat, in qua practica videbis reiectas solemnitates iuris ciuilis non autem iuris gentium quæ tolli non possunt, vt diximus sub Prædicamen. Sub-
15 stantiæ q. 3. & latius dicemus in specialibus. † Septimus est modus belli, qui habet locum contra exules captos in persecutione, seu repertos in fraganti: tunc constito de facto, potest per horas, & ex abrupto procedi, & ideo glos. in §. planè Insti. de milita testam. dixit, quod in bello non requiritur alia solemnitas, nisi quod constet de facto, & veritate: idem sentit Bar in l. 1. ff. de officius Paris de syndica. versi lato cap 1. num. 3. glo. in l. milites. C. de testam. mili. quia factum ipsum, & veritas iur. natur. sunt, & tolli non possunt Capic. decis 69. num. 35. vide Bald. in. l. præsbyteri. C. de episc. & cleri. de communi testatur Vantius in tract. nulli. versic. de nulli. senten. ex defectu proces. num. 30. & 36. vt dicemus infra in primo speciali. De solemnitatibus vero iuris ciuilis non est præsentis speculationis, cum illas tollat Potestas & in specialibus declarabimus, an sint sublate solemnitates iuris ciuilis: tam in actis ordinatorijs quam in probatorijs, & decisorijs; & veris inhærendo resolutionibus materiam istam confusam explicabimus.

SVM-

SVMMARIVM.

1 *Securitas est nomen genericum, & declaratur.*
2 *Securitas diuiditur in saluaguardiam, & saluum conductum.*
3 *Saluaguardiam solus Princeps concedere potest.*
4 *Saluum conductum perpetuum similiter.*
5 *Saluum conductum temporalem ex causa inferiores concedere possunt,*
6 *Princeps omnibus, inferiores quibusdam concedere possunt saluum conductum.*
7 *Saluus conductus cuicunque concessus seruandus est.*
8 *Fractores illius qualiter puniantur.*
9 *Rumpitur saluus conductus multis modis.*
10 *Præses vigore potestatis militaris potest concedere saluum conductum temporalem tantum.*
11 *Præmium capientium exules.*

SECVNDO quæro quanta sit potestas militaris pro exulibus, pro quibus tanta est potestas istius belli, vt liceat etiam Præsidi ipsis indulgere, meritò sub ista quæstione subijciam materiam Indultorum, & Guidatici vtilem, & necessariam, quia quotidie ventilatur in
1 tribunalibus, † & pro intelligentia sciendum est, quod Securitas est nomen genericum, & comprehendit sub se Saluum conductum, Fidem publicam, Fidam, Fidantiam Saluaguardiam, Guidaticum, Moratoriam Dilationem, & Dilationes. De primo Mil. in ver securitas lo. 2 glo. l. 1, secundum primum intellectum. ff. ad. l. Iul. M. Marian. Sozzi. de citatione artic. 18. num. 9, De secundo Bude. in annot. super dict. l. 1. & dixit Salust. Comes eius, qui Romam fide publica venerat; de Fida, & Fidantia Bart. in. l. is qui reus num. 12. ff. de public, iudi. & ita vocatur in ciuitate Beneuanti. De Saluaguardia Aufrer. in decis. Tho

losf. q.

lof.q.489.Guidaticum appellamus in Regno, & de Moratoria dilatione est tex.in l.quoties. C.de praeci.Imper. offeren.& de Dilatione,quae idem est in dicta. l. & in l. vniuersa.C.eod.ac de omnibus per Mando. in pract. signaturae gratiae in verbo saluo conductu.Haec omnia dixisse volui, quia Docto. promiscue vtuntur dictis verbis secundum vsum loquendi cuiuslibet Regionis, & accipiunt vnum pro alio.
2 † Sed proprie loquendo securitas ista duas habet species, nempe saluaguardiam,& saluum conductum,qui etiam indultus dici potest. Prima habet locum in ciuilibus,& amicis conceditur. Alius habet locum in criminalibus,& inimicis datur,vt puta hostibus, & bannitis:ita dixit Menoc.de arbitr.lib.2 caf. 338.in princ.De saluaguardia nõ est materia nostra.
3 †Regula est quod solus Princeps potest illam concedere mercatoribus,vel debitoribus fugitiuis ad soluendum, ita vt intra certum tempus non possint conueniri l. 2. C. de praeci. Imper.offeren.quam commentat Cucch.in Tract.quem facit de moratoria praescriptione, Menoch.in praedicto caf.338.aliqua per Cauen.in rit.287.num 10. & per Lancill.in suo templo lib.1.c.1.§ 4.tit. debitoribus dilat. indul.De saluo conductu, ac indultu loquendum est & pro faciliori intelligentia procedam per conclusiones.
4 † Prima conclusio est saluum conductum perpetuum solus Princeps concedere potest; Magistratus vero inferiores non possunt,Bart.in.l.relegati num.4 ff.de poenis,Nellus de bannit.in 2.par.2.tempo q.15.verb.ad 2.respondeo, Fel.in cap.accedens il 2.num. 2. extra vt lit. non conte. Anto.de Nigris in c multorum,& ibi Sebastia.de Neap. allegat pulchrum textum in l. 1 C. de commea. lib. 12. cum alleg per Boer.in decis. 179. Affli. decis. 4 num. 2. Mandos.in dic.prac.in verbo saluo conductu ver saluum conductum ; & ratio est quia indulgere delinquentibus in totum de regalibus est cum multis alijs de quibus per Lucam de Penna in.l.contra publicam.C. de re milita.

lib.

lib.10 Cassa.in consuet.Burgu.rub.1 § 5.§in tex. du. prin ce num.8. vbi in terminis dicit quod Baro non potest re uocare bannitos Bald.in l.Imperium.ff. de iurisd. omni.
5 iud.† Secunda conclusio saluum conductum tempora'e non solum Principes sed inferiores magistratus ex iusta causa concedere possunt;vt dicunt allegati Doct.& vide Vital.in tracta.clausul.clausula nil nouari securitate pen den.vers.si vero iudex, & iustæ causæ ponuntur per Me noch. lib. 2.cas. 337.num.2. quod intellige dummodo iudex, & magistratus,qui concedunt saluum conductum banniuerint ipsum,vel alias fuerint,& sint iudices ordina rij ipsius assecurandi,Grama.vot. 25. num. 11. Menoch. in dicto cas.eodem num. & ita intelliguntur scribentes, dicentes posse Magistratus inferiores concedere saluum conductum; & quod ita eos intellexerunt Domini de
6 consilio refert Affict.decis.4.num.2.† Tertia conclusio Princeps omnibus potest concedere saluum conductum alij vero magistratus inferiores non possunt concedere reis pro delictis, quorum cognitio, vel ad Principem, vel ad officiales Regios spectat; de quibus per Cassa. in dict. consuetud.rubr.1. num. 209. & ideo non pote- runt concedere saluum conductum rebellibus, reis cri minis lesæ Maiestatis, Affict. in dict. decis. in fin. cum
7 allega.per Menoch.in dict.cas.nu. 10.† Quarta conclu sio saluus conductus cuicunque concessus siue hosti, si ue bannito,aut priuatæ personæ seruandus est, & ista fuit opinio Cyni in l.præsenti.C.de his,qui ad Eccle.con fu. & licet nonnulli tenuerunt contrarium, quos refert pract.Mandos. in loco præalleg. tamen vt ipse dicit opi nio Cyni est æquior,rationabilior,ac humanior & est com munis;de qua testatur Cagnol.in.l.ea est natura num.19.
8 ff.de reg.iur.† Quinta fractores salui conductus, & of- fendentes assecuratos,si offensus ex offensione moriatur offensus punitur pœna mortis. & incidit in crimen læsæ Maiestatis, Bart. in l.3. §. transfugas. ff. de sycarijs cum allega.

allega. per Boer. in dicta decis. 79. num. 2. Si vero offensa facta habenti saluum conductum mortem non intulit, iudicis arbitrio pro qualitate offensæ punitur, Boer. in dicta decis. num. 4. & ista conclusio est magis recepta à Doct. vt dicit Menoc. in cas. præallega. in prin. videlicet, in cas. 336. & in casu sequen. facit de hoc regulam, eam
9 ampliat duobus modis, & septem modis limitat. † Sexta rumpitur saluus conductus ab affidatis multis modis, quos sparsim ponunt allega. Doct. frequentiores sunt, si affidatus commiserit delicta, pro quibus potest puniri, sed non pro veteribus, quia de illis saluus conductus illum tutum facit, Vital. in dicta clausula num. 9. Cotes per Menoch. in dicto cas 337. num. 13. Item rumperetur si esset datus pro se, & quatuor socijs, & duceret quinque nam illi; qui sunt vltra numerum, possent capi, & puniri, Vital. in loco præallegato num. 16. Item si secum affert reprobatam societatem, vt puta, hostes, hæreticos, & similes, Boer. in dicta decis. num. 7. cæteros modos vide in Vital. Multis etiam modis rumpitur ab alijs contra affidatos, de quibus per Menoch. in dicto cas. 336.
10 † Septima Præses Prouintiæ vigore istius potestatis saluum conductum temporalem concedere potest, perpetuum vero non, quia cum sit Capitaneus guerræ contra forascitos non potest cum illis facere pacem, quia esset indulgere in totum, quod spectat ad solum Principem vt supra dictum est; benè poterit cum istis forascitis facere treguam, dando eis securitatem ad tempus iustis ex causis: ista est doctrina singularis Bart. in l. conuentionum num. 2. ff. de pact. Ferret. de antiqui. instau. num. 128. in fin. & ita passim vidi obseruari à Don Francisco de Mendozza olim Gubernatore Prouintiarum Aprutij, & Carolus Gambacort. dictarum Prouintiarum Gubernator iustis ex causis guidauit familiam de Sabatucijs, & diebus præteritis familiam de Iannectis ad inuicem antiquos, & naturales inimicos, qui tandem voluntate

Proregis

Proregis reconciliati sunt cum quibusdam capitulationibus pro seruitio Regis, & inter cætera vtraque familia promisit à grassaturis furtis, alijsque delictis Campaneæ custodire quandam partem Prouintiæ Aprutij vltra, vt in actis Regiæ Audiẽtiæ illius Prouintiæ die vigesimonono, & vltimo Ianuarij 1586. Verum quid futurum sit ignoro, Deus scit; mihi autem semper placuit vti ferro contra istos, & sæpe sæpius exclamaui apud istos Dominos, aliosque superiores, non decere cum latronibus habere pacem, nec treguam, nec guidandos esse, nisi præcedente aliquo notabili seruitio, & ita pluries rescripsit Collaterale Concilium: rescripta interpretantur, & dilaniantur à Commissarijs propter eorum passiones: Ipse verò vidi idem Concilium aliquando approbasse, aliquando reprobasse, sæpe laudasse huiusmodi guidatica post sequutum seruitium, ideo cautius erit impetrare hoc à Principe, vt consuluit Mandos in dicta practica in eodem ver. saluo

11 conductu ver. secundo in fin. † Octaua Regia banna emanata contra exules promittunt indultum capientibus, seu occidentibus illos, si reperiuntur delinquentes, sin autem eisdem promittunt certum præmium, & facultatem nominandi alium certis in casibus, & quibusdam qualitatibus in illis contentis adimpletis: quæ cum pro forma datæ sint, obseruandæ sunt, alioquin cessaret beneficium bannorum; Ioan. Andr. in. cap. 1. de homicid. in 6. in nouella, Bald. in leg. si quis non dicam rapere. C. de Episc. & Cleri. Decius in terminis in. cap. 1. num. 29. vers. pro decisione extra de probà; & est tex. in. c. fin. de restitut. spoliat. super quo Iacobus Nouellus facit regulam cum tribus ampliationibus, & nouem limitationibus in regula. 164. Verum quia indultus cum magna causæ cognitione concèdendus est: opere precium esse duxi, subijcere in sequenti quæstione requisita Indultus summo labore à scribentibus & praxi collecta: in quibus breuiter ponam totam ferè materiam Indultorum.

SVMMARIVM.

1 In Indultu triginta requiruntur, primò quod indultandus non sit carceratus.
2 Indultandus debet capere proprijs manibus bannitum.
3 Indultandus non debet esse ligatus maiori pæna; quam captus.
4 Condemnatus non potest indultari.
5 Causæ indultus fiunt coram Regijs officialibus.
6 Captus consignandus est Regiæ Curiæ.
7 Captus viuus consignandus est viuus.
8 Indultandus debet comparere personaliter.
9 An possit Indultari clericus.
10 An laycus si occiderit clericum possit indultari.
11 An capiens forascitum post bannum gaudeat indultu.
12 Delictum post bannum impedit indultum,
13 In indultu requiritur declaratio Iudicis.
14 Delinquentes sub spe indultus non possunt indultari.
15 Delicta exceptuata impediunt indultum.
16 Intra decem dies banni occidens bannitum non gaudet indultu.
17 In indultu non sufficit quod occisus incesserit per Capanea sed requiritur aliqua vis.
18 Qualitates indultus probandæ sunt.
19 Delictum occisi an debeat esse tale quod importet penam mortis.
20 Telleratus non potest occidi.
21 Occidens eum qui de proximo expectabat indultum non gaudet indultu.
22 Reclusum in aliqua ciuitate occidens non indultatur.
23 Occidens forascitum: qui communi æstimatione reputabatur pro bono non indultatur.
24 An indultus debeat exprimere quod alias fuit de eodem delicto indultatus inquisitus.

25 In-

25 *Indultus an trahatur ad processus futuros.*
26 *An capiens inimicum bannitum possit indultari.*
27 *An debeant esse captus, & indultandus sub eodem Præside*
28 *An captura debeat fieri in territorio subiecto.*
29 *Guidatus non potest occidi.*
30 *In Indultu Regius fiscus audiendus est.*

1 TERTIO quæro quot requirantur ad validitatem indultus? & dico, quod plura requiruntur. † Primum quod indultandus non sit carceratus; quia ad carceratos non extenditur beneficium Banni, Bar. in l. si quis seruus num. 2. ff. de custo. reo. & in l. si quis pro emptore num. fin ff. de vsucapio. & ratio esse potest: qui est acquisitum ius fisco: cui præiudicari non potest l. nec damnosa. C. de præci. Impe. offeren. Bar. vero in l. Domitianus. ff. ad Turpill. distinguit quod aut per indultum remittuntur delicta ad tempus; vt puta durante guerra, vel Principe existente in Ciuitate, & tunc non extenditur ad carceratos quia cessante tempore, posset iudicium eludi per fugam carceratorum. Aut vero remittuntur in totum, & tunc extenditur ad carceratos: quia indulgentia ista latissimè est interpretanda l. beneficium. ff. de consti. Princ. & istam distinctionem Bar. sequitur Anto. de Nigris in c. misericordiam nu. 12. & ad contraria responderi potest, quod Bar. in dicta l. si quis seruus remittit se ad l. Domitianus secundum quam intelligi debet, vt ipse dixit in l. non solum. §. si liberationis ff. de libe. lega. & l. Imperator. ff. in de diem adiecti. & in l. si quis pro emptore nihil firmat. Ad rationem responderi potest, primò, quod potest præiudicari fisco in pœnis, in quibus non habet causam lucratiuam, pro vt erit remittere pœnam corporalem, & infamiam, Bald. in l. rescripta num. 4. & in dicta, leg. nec damnosa. C. de præcib Imper. offeren. Secundò si etiam tractaretur de commodo pecuniario, ex quo Indultus conceditur motu proprio Principis, & non ad par-

tis supplicationem, posset preiudicari fisco in pœnis nõ incorporatis; Bald. in dictis legibus, Ancar. in consi. 408. Iaso. in l posthumio num. 39. C. de bono. possess. contra tabu. Foller. ita in terminis declarat Indultum, Card. Pacec col. 4. circa principium & col. 12. & ideo videtur dicendum, quod carcerati possent indultari vigore Regiorum bannorum seruatis alijs solennibus, & sic seruauit Regia Audientia Aprutij in causa indultus Cesaris Montani de Theramo; qui detinebatur cum cautione de se præsentando in forma tempore; quo cæpit bannitum, & præsentauit eius caput, & ratio istius requisiti est quia indultus concessus motu proprio Principis extenditur ad carceratos; vt singulariter dixit. Ioan. Vincen-
2 tius de Anna singul. 240. † Secundum requisitum, quod ipse indultandus proprijs manibus cæperit bannitum, non per alium: quia bannum fundat se in personam capientis & occidentis; vt in illis verbis, *ammazzarà, ò pigliarà*, & ideo non extenditur ad mandantes, istud requisitum ponit Felyn. in cap. quæ in ecclesiarum nu. 13. verb. cæterum de constitu. Foller. in Prag. 1. de exulibus num. 38. quod intellige, quo ad indultum, non autem quo ad pœnam homicidij: quia impunè possit occidi, vt declarat Idem Foller. ibidem num. 42. Verum vigore Regiorum bannorum in quibusdam casibus possunt gaudere indultu nominati à capientibus, vt puta si captus erat vnus ex forascitis exceptuatis, & caput exulum, & in alijs casibus: quos videre fas erit in dictis bannis.
3 † Tertium quod indultandus non sit ligatus maiori pœna quam captus, prout pluries vidi, quod multi rei plurium criminum atrocium fuerunt indultati per præsentationem forasciti: qui incessit per Campaneam, & nihil, aut parum deliquerat, Afflict. in constitu. pœnam eorum not. 14. Nellus in tracta. banni. in 3. par. 2. tempo. q. 8. & Anto. de Nigris in cap. misericordiam nu. 26. dicit, quod ita fuit alias declaratum per Proregem Don Petrum de

Toledo

Toledo,sed hodie crederem quòd per præsentationem cuiuslibet forasciti : qui deliquerat in Campanea possit capiens indultari, ex quo omnes effecti sunt foriudicati & rebelles vigore Regiorum bannorum:quia non se præsentarunt infra decem dies in eadem curia: in qua inquisiti fuerunt iuxta formam dictorum bannorum , & per consequens effecti sunt rei mortis, supra quam nó datur
4 maior pœna.† Quartum quod indultandus non sit condemnatus de delictis, pro quibus vult indultari.l acta iuncta glos.ff.de re iudi.quia bannum non extenditur ad condemnatos,& ideo relegatus, vel exulatus si fregerint relegationem, vel exilium, non possunt indultari pro relegatione, vel exilio, sed tenentur parere iudicatis : pro fractura vero cum minimè sint condemnati,benè posset indultari . Ita Foller.in pragm.de foriudicatis in fin.primæ,& secundæ additionis , & ratio prædictorum est : quia facere gratiam condemnatis est de Regalibus,Ioan Vincentius de Anna Singu.458.& quid si pendet appel-
5 latio?vide ibi remissiuè. † Quintum , quod causa indultus fiat coram officialibus regijs,& hoc probatur per verba banni ibi(*e lo consignarà viuo,ò morto in potere della Regia corte serà indultato*) & ita sentit Cassan.in consuet: Burgun.rubri.prim.§. 5. in textu de Prince.num.18. Capitanei verò terrarum non possent indultare, Anto. de Nigris in dicto.cap.Misericordiam num.28.& ita Seruatur, Caraui.in pragm.1.de exuli, num. 49. & ratio potest esse multiplex,prima:quia in causis indultorum vt plurimum disceptatur de quibusdam casibus exceptuatis vt puta de crimine læsæ Maiestatis vtrum sit in primo , vel in secundo capite , de falsa moneta, & alijs : quorum cognitio , vt plurimum ad Regios officiales spectat ; & ideo Magistratus inferiores non possunt concedere saluum conductum rebellibus,& reis læsæ Maiestatis ; quia spectat cognitio istorum ad Regios officiales Afflict. decis.4.in fin.Cotes per Menoch.de arbitr. lib. 2. cas.337.

num.10.Item quia solæ Regiæ Audientiæ possunt mandare Magistratibus inferioribus, eis tamen subiectis, vt cassent acta in eorum curijs forsan fabricata contra indultatum.Cæteri verò non possent hoc facere: quia par in parem non habet imperium. leg.ille à quo.§. tempestium.ff.ad Trebellia. Tertia ratio esse potest:quia si tractaretur de fractione indultus ad Regios officiales spectaret cognitio.& non ad alios vt dixit Cassa in loco præallegato, ergo, & eius concessio argumen. leg. ex facto. ff.de vulga.& pup.substi.leg. omne. C. de sacrosan. Eccle.& prædicta declarata vt procedant etiam in Capitaneo Regio si indultandus fuerit bannitus ab ipso, Carauita in pragm.1. de exulibus num. 1. & si Baro. habet Regalia potest eius Capitaneus delinquentibus subiectis suæ Curiæ expedire indultum, & ita intelligo Foller. in
6 dictis declarationibus indultus col. 14. † Sextum quod bannitus occisus, seu captus consignetur Regiæ Curiæ, vel saltim eius caput;vt in dictis verbis banni, & dicitur Regia Curia, Magna Curia Vicariæ, Regiæ Audientiæ Aduocatus quoque Fiscalis: potest etiam presentari à mulis Regijs destinatis ad capturam istorum delinquentium;& valebit consignatio facta nomine Regiæ Curiæ Officialibus Baronum,si consignatio prædicta fuerit ratificata à dicta Regia Curia per literas directas detemptoribus, vt consignatos detineant nomine ipsius & si deinde aufugerint, periculum erit Regiæ Curiæ, non autem consignatis, & ita fuit decisum in causa Marini Stambocchi de Teramo. qui præsentauit nomine Regiæ Audientiæ quemdam forascitum in fortijs Curiæ Adriæ qui deinde fuit remissus ad officiales ecclesiæ per ordinarium loci, Hæc omnia declarat Caraui. in ritu. 232. & in dicta Pragmatica prima nu.47. & 49. cum sequen.
7 † Septimum quod si forascitus fuerit captus viuus,consignetur viuus,alioquin occidens puniretur, & nec indultu,nec præmio gauderet,nisi aliqua iusta causa moueretur

tur

tur Alcia in leg. pupillus. §. 2. num. 10. ff. de verb. sig. cotes per Felyn in cap. cum iuramento extra de homi. volun. & ratio est quia per capturam expirat licentia occidendi, vt dicit Felyn. ibidem: quod est contra milites nostri temporis beccarios innocentium, & pastorum simplicium.
8 plicium. † Octauum quod indultandus compareat personaliter ad petendum indultum, maximè si est cõtumax qui non auditur per procuratorem, vt in ritu 220. vbi hoc firmat Caraui. & Nell de banni. in 2. parte 2. temp. 9. 14. vers. si vero bannum non sit notorium vsque ad fi. Foller. de foriudicatis num. 35 Carau. in ritu 269. num. 4. sed quicquid sit de iure cõmuni: practica obseruat, quod quilibet admittatur ad petendum indultum pro alio, etiam quod non sit procurator. vt dixit idem Cara. in dict. prag. num. 168. immò si occidens inquiritur de homicidio banniti, exceptionem quod erat bannitus potest opponere per procuratorem, quando est notoria, & ista est communis conclusio, de qua testatur Nellus in loco præallegato, & passim ita obseruaui, & obseruari vidi in Re-
9 gijs Audientijs, & Tribunalibus Campaneæ. † Nonum quod indultandus non sit clericus, quia Princeps secularis non potest gratiam concedere clerico, ex quo non posset eum absoluere de crimine, nisi Clericus incidisset in aliquam pænam applicandam Curiæ seculari: quia tunc de ea posset indultari. Foller. in dictis additio. indul. col. 13. benè posset gaudere præmio; & consuluit Marsi.
10 in cons. 11. per totum, quem vide: quia bene loquitur. † Decimum quod nec occisus forascitus sit clericus per ea quæ dicit Caraui. in dicta prag. n. 1. num. 113. Barba. ad Bald. in l. 1. nu. 6. C. si à non compe. Iud. & Nos dicemus in specialibus. Verum si iste Clericus esset forascitus insignis posset occidi, & occidẽs indultaretur, vel gauderet præmio, Ant. de Nigris in c. misericordiam nu. 21. & ita respondidi in causa domini Archangeli de Terra Corbariæ, capti à Ferdinando Stella de Terra Ofidæ, licet ca-

11 sa adhuc non sit decisa. † Vndecimum quod occisus nõ fuerit delinquens post bannum : quia bannum non loquitur nisi de delictis commissis vsque ad publicationẽ ipsius, vt in vltimo cap. banni primi Dat. Neap. 22. Iulij. 1583. Nell. de Banni. in 1. par. 2. tempo. num 58. cum allega per Foller de foriudi. num. 7 sed si pro delictis commissis post bannum voluerit stare iuri: poterit indultari de alijs, & ita practicaui in causa indultus Gasparis Cornachiæ de Cuitella: ratio est: quia bannum dicit quod pro delictis commissis ante publicationem possit indultari: pro alijs remanet dispositio iuris. l. commodissimè.
12 ff. de lib. & post. † Duodecimum, quod indultandus non deliquerit post bannum, vt in dict. cap. banni: istud requisitum habet duo capita, primum potest intelligi de delinquentibus post bannum, qui ante bannum non erant delinquentes, & isto casu indultandus non potest indultari, ne detur materia delinquendi Bart. in. leg. cum lex num. 1. ff. de legi. cum alleg. per Anto. de Nigris in cap. misericordiam num. 20. & per Carau. de exul. prag. 1. num. 100 de communi Clar. q. 59. ver. successiuè quæro Cotes per Nell. de bann. in 3. part. 2. tempo. num. 10. & hoc intelligit tam actiuè quando ipsi occidunt, quam passiuè si occiderentur nam occidens non gauderet indultu, & ita in prax. seruatum fuisse testatur Cara. in loco præalleg. num 101. qui subdit, quod si occisus esset magnæ importantiæ, & adesset remissio partis, quod posset indultari consulto Principe, & refert fuisse indultatum Ioannem Thomam de Florenza de Ebolo: sed hodie vigore Regiorum bannorum occidens forascitum post bannum, potest indultari, quia banna loquuntur etiam de futuris forascitis. Alius casus excipitur in banno, vt puta si vnus de comitiua occidit capud forascitorum, indultatur etiam pro delictis commissis vt in banno. Datum Neap. 7. Iunij 1585. cap. 5 & dicemus in specialibus. Secundum caput est de delinquentibus, qui ante bannum

erant

erant delinquentes, & post bannum commiserunt delicta, & tunc aut tractatur si possent indultari occidentes istos,& clarum est, quod possunt: & hoc non habet difficultatem: aut tractatur an illi possint indultari & Cara. tenet, quod non, quia militat eadem ratio, nempè: quia daretur materia delinquendi, vt in num. 102. in fin. vide
13 Nell. in loco præalleg. q. 10. & intellige vt supra dixi. † Tertium decimum requiritur declaratio indultus: quæ solet formari istis verbis. Gaudeat pro delictis expressis seruata forma Regiorum bannorum,& si quis prætendat nominare alium: solet fieri, liceat nominare, & facta nominatione dicitur, admittatur ad beneficium banni seruata forma illius, & istud requisitũ probatur per ea: quæ dixit Nell. in eo. tract. q. 79. & si ante huiusmodi declarationem fuerit occisus ab eo: qui ignorauerit, occisum præsentasse capud, non punitur occidens, nisi fuerit in aliqua culpa Foll. de foriudi. num. 27. Cara. in pragm. 1.
14 de exuli. num. 168. † Quartum decimum, quod non sub spe,& confidentia istius banni occiderit, quia tunc non posset nec indultari, nec gaudere præmio, quod intelligo, non quod commiserit delictum post bannum, sed ante bannum publicatum, licet appuntatum; vt puta quia aliqui scientes fuisse conclusum in Sacro Regio Collaterali Consilio de concedendo indultum occidentibus bannitos, & scientes de proximo se esse consecuturos indulgentiam, deliquerunt, istud requisitum posuit in terminis Foller. in dictis additionibus indultus col. 14. circa medium, & dat rationem: quia natura æquum est eum non esse impunitum, qui hac spe audacior factus esset. l. 1. ff. si quis testa. liber. esse ius. & Bart. in d. l. in §. 1. ponit istud requisitum sequitur Barb. ibi in additio. faciunt not. per eumdem Bart. in leg. contra in fin. ff. de legi. & in leg. quæro ff. de actio. emp. plenè per Guliel. de benedictis in repetitio. cap. Raynutius nu 35 & sequen. cum allega per, Cassa. in Consuet. Barg. rubr.

 §. 5.

§.5.in tex.de Prince.num.19 & 20. quod nota, quia ex
15 hoc potest inferri ad multa.† Quintumdecimum quod
indultandus non commiserit aliquod delictum de illis
octo exceptuatis in banno,& sunt delicta facta in Ciui-
tate Neap. & ejus districtu , crimen hæresis , læsæ Ma-
iestatis , falsæ monetæ , fuga à carceribus Magnæ Cu-
riæ Vicariæ , inquisiti de resistentia officialibus Regijs ,
& ministris iustitiæ;delinquentes in exercitio officij , ne
fandarij,& sacrilegij, vt in bannorum primo fol. 22. sed
in alio banno emanato 7.Iunij 1585.post primum non
excipiuntur fugitiui à carceribus Magnæ Curiæ Vicariæ,
nec resistentes eius officialibus , & ministris Iustitiæ , &
declarat sacrilegium esse exceptuatum si fuerit commis-
sum intus Ecclesiam,vt in banno.1.fol.89.si aliquod isto-
rum delictorum commiserit indultandus efficitur inca-
pax indultus etiam, quoad cætera delicta, & præmij, vt
in illis verbis banni (*eccetuando , & escludendo in tutto ,
& per tutto dal beneficio, premio, & gratia predette tutte
quelle persone*) sed quia vltra delicta exceptuata in ban-
nis de iure communi alia similia exceptuantur ab omni
indultu,& generali abolitione, prout crimen falsitatis ,
raptus , & similium , dubitari potest an ista delicta cen-
seantur remissa ? multi dixerunt quod non ; quos refert
Ias.in l.fin.num.9. ff. quod quisque iur. Bart. tamen in l.
quæsitum § denique per illum tex.de fun.instru. tenet ,
quod per exceptuationem quorundam delictorum om-
nia alia censentur inclusa,& remissa etiam,quod sint ex
ceptuata de iure communi,& opinio.Bar.est verior:vt di
xit Ias.in loco præallegato,& Foller.super dicto indultu
col.10 & in 12 firmat,quod etiam censentur indultati cō
trauenientes Regio banno super meta frumentorum , &
16 hordei.† Sextum decimum est necessarium, quod non
fuerit occisus nec captus forascitus, & bannitus infra de
cem dies ei assignatos per bannum ad comparendum Ca
raui.in prag.1.de exuli.nu.117.Foller.in pract crim. ver.
banni-

banniantur nu 63. alioquin occidens puniretur, vt homicida, & ratio est secundum eos, quia conditio nihil ponit in esse l. quoties ff. de ver. obliga. & cum decem dies sint dati pro forma, nec quoad momentum vnius horæ maturi possunt, Bal. super feu. in tit de milit. vas qui con tu. est num. 2. quem refert & sequitur Bonacossa in suis quæstionibus criminalibus tit. de banni: vers. statuto volente, Bar. in l. fin. circa fin C. de venden. rebus ciuit. lib. 10. Bald. in l. ordo col. 2. C. de execu. rei iud. Oltrad. cons. 30 quod intellige nisi occisus fuisset in actu delinquendi, & verisimile erat nolle comparere infra decem dies, vt in terminis banni consuluit Corn. consi. 104. vol. 1. per totum, & Ias. voluit in consi. 133. nu. 4. 1. vol quod si terminus erat de proximo labendus poterat impunè occidi, & intrat præmium banni: sed opinio Ias. mihi non placet per rationes allega. per Cara. & Foller. in citatis locis voluit quoque Marsi. in pract. crimi. §. 2. quod si extat statutum quod si capiens bannitum habeat centum, habebit locum etiam in illo: qui iam cæperat bannitum, & Bar. sequitur Bonacos. in dictis quæstionibus vers. statutum dicens per allega. per Bal. in l. 4. num. 11. C. de senten. quæ sine certa quanti. Sed ista opinio non potest adaptari in casu nostro: quia lapsus decem dierum est datus

17 pro forma vt supra dictum est. † Decimum septimum, quod occisus commiserit aliquod delictum in campanea simplex enim incessus per campaneam non sufficeret occidenti, seu capienti ad obtinendum indultum, prout declarat Cara. in pragm. 1. de exul. nu. 61. sed per bannum emanatum. 7. Iunij. 1585. disponitur quod si quatuor reperiuntur simul in campanea armis forascitorum armati quod incurrant in pœnam mortis naturalis tribus concurrentibus, primum, quod sint quatuor & non paucio-res, secundum quod sint armati armis forascitorum, vt puta scoppettolo, pistone, pugione, & similibus, tertium quod sint diffamati pro forascitis, & hominibus malæ

vitæ

vitæ,& si non concurrunt istæ qualitates, cessat [dispositio banni,Bald.in leg.1.§.ait Prætor.ff.ne quid in flum. pub glos.4.in clemen. in plerisque de elect. potest. Decius in.l.1.num.14.C.de edend.Ias. in l. centurio num.
18 50.ff.de vulgar.† Decimum octauum,quod illæ qualita ter nempè incessus per campaneam, & delictum commissum in ea probentur:quia indultandus, qui se fundat super qualitatibus prædictis,,illas probare debet Bald.in consi.17.num.2.lib.1.Alex. consi.41.num.5.vol.4.Paris. consi.62.num 39.vol.4.Decius consi.13.num.7.in fi.sed qualiter probari debeant distingue, Aut iste occisus, vel captus reperiebatur inquisitus in aliqua curia,& tunc sufficit quod contra eum extarent indicia sufficientia ad citationem,Carauit.in dict.prag.1.de exul.num.107.& ratio est, quia ex quo non comparuit in termino decem dierum vt supra dictum est,habetur pro vero delinquente,& confesso vigore regiorum bannorum,aut vero non reperiebatur inquisitus:sed indultandus dicit,quod occisus erat forascitus & quod deliquerat in campanea,& sibi incumbit onus plenè probandi.leg qui accusare.C.de eden.cum allegatis supra, & isto in casu recipiantur testes à proprio commissario,quia actuarij, partibus corrupti sæpe probant innocentem fuisse Benedictum mancinem,aut Ascanium fuscum exceptuatos per plura Re
19 gia banna. † Decimum nonum quod delictum commissum in Campanea sit tale quod importet pœnam mortis Hostien. in cap. fin. de consuetud. cum allegatis per Foller.de foriudica.num.6. Sed aduerte quod bannum nostrum non requirit tale delictum, sed sufficit quodlibet minimum delictum commissum in Campanea, vt
20 declarat Carau.in dicta pragm.1.num. 61. in fin. † Vigesimum, quod indultandus non occiderit forascitum publicè toleratum in ciuitate à superiore; Fely. in c. quæ in ecclesiarum num. 7. vers. quartus casus de constitut.
21 Foller.in loco præallegato n.10. † Vigesimum primum quod

quod occisus non expectaret de proximo indultum, forte quia cæpit alium bannitum, & pendente causa indultus fuit à sciente occisus, tunc occidens nõ gaudebit præmio banni, Bal. per illum tex. in l 1. §. serui. ff. ad syllenia. cum allegatis per Foller. in sæpius citato loco num. 12.
22 † Vigesimum secundum quod indultandus non occiderit aliquem reclusum in aliqua ciuitate vel castro, & do nec tractabat partis remissionem, & concordare curiam fuit occisus, tunc occidens non gaudebit præmio Regiorum bannorum; & ita fuit declarata prag. de exuli: emanata anno 1553. vt dicit ibi Foller. num. 14. & nota: quia
23 hoc potest contingere quotidie: † Vigesimum tertium, quod occisus communi æstimatione habeatur pro forascito, nam si reputabatur pro homine bonæ vitæ, & famæ non potuit occidi Marsi: in pract. crimi. §. aggredior num. 34. qui allegat Ange. in l. si duo. ff. de acquir. heredi.
24 sequitur Foller. in dicta prag. num. 9. † Vigesimum quartum quod si indultandus alias fuerit inquisitus de eodẽ delicto hoc exprimat in precibus porrigendis pro nouo indultu, alioquin indultus esset subreptitius, Bald. in l. 3. num. 4. C. de episcopa. Audien. quod est verum in indultu particulari certæ personæ, secus in indultu generali cõcesso motu proprio vigore Regiorum bannorum Ias. in l. nec damnosa. c. de præcib. Imper. offeren. & in termi-
25 nis ita declarat Io. Vincentius de Anna singu. 219. † Vigesimum quintum quod de delictis pro quibus vult indultari sit accusatio instituta, vel inquisitio formata, nã indultus concernit processus pendentes non futuros, Bal. in l. 1. & 2. C. de genera: aboli: cum quo residet Anto de Nigris in c. misericordiam num. 13 Grama. consi. 137. vol. 1. & 134 vol. 2. quem allegat Cara. in dicta prag 1. de exuli; num. 121. & licet ipse teneat contrarium, tamen hodie est decisum pro opinione Bal. nam saltim est necessarium vt indultandus in precibus exprimat omnia delicta, pro quibus vult indultari, vt pluries rescripsit Regium

gium Collaterale Consilium maximè Audientiæ Apru- tij, præces enim prædictæ fisco intimatæ nocent libellan ti, & aliquo modo potest dici inquisitio formata, secundum opinionem Bal. quam probat tex. in l. cum præcum C. de libera. cau. & ideo dicebam, quod clausula illa generalis; quam per abusum solebãt apponere in præcibus, nempè, & pro alijs delictis hucusque patratis non releuat indultandis nisi exprimantur delicta, & ita obserua-
26 tur. † Vigesimum sextum, quod occisus, seu captus non fuerit inimicus capientis, istud requisitum potest habere duplicẽ intellectũ, primus erit, quod captus erat inimicus capientis, sed capiens non prætendit se indultare ex capite illius, sed ex capite alterius banniti propter homicidium commissum in personam sui inimici, alius intellectus est, quod occisus erat bannitus & inimicus occidentis, & ex capite illius pretendit indultum, & vtroque in casu conclude, quod occidens gaudebit indultu, vel præmio licet nonnulli tenuerunt quod statutum loquens de occidentibus bannitum non comprehendit occidentes inimicos; quos refert Cara. in dicta. prag 1. de exuli. q. 11 & Foller. nu. 15. dicit quod ita semper fuit interprætatũ bannum, vt comprehendat etiam occidentes inimicos, & ita firmat etiam Carauit. loco prædicto, & dicemus in specialibus, quando tractabitur si inimici banniti possunt impunè offendi, & istud requisitum poterit verificari in vno casu tantum, dicit bannum secundum: quod si vnus forascitus de comitiua occiderit capud forascitorum. poterit indultari pro delictis commissis post emanationem ipsius: dummodo non deliquerit contra eius inimicos non obstante, quod sint foriudicati, isto enim in casu occidens per præsentationem capitis alterius banniti non potest indultari de homicidio commisso in personam sui inimici banno reluctante; & ita semper intellexi. c.
27 illius banni vt latius declarabimus infra. † Vigesimum septimum quod tam occisus quam occidens sint oriundi, vel

di, vel saltim habitantes per quinquennium in prouintia; vt dicit prag. 1. de exuli. & ibi notat Carau. sed quia banna nostra hoc non disponunt, dico quod si occisus grassabatur per prouintias, & occidens deliquerit in ea poterit indultari, quia à Præside posset puniri ratione delicti leg. 1. C. vbi de crimi. agi oport. pro delictis vero commissis extra prouintias, non possent indultari, & ideo contumax Magnæ Curiæ Vicariæ non potest indultari in Regia Audientia vt dicit Carau. ibidem num. 25. vnde dicebam quod Mattheus de Cæsare de Monte caluo: qui interfecit Ioannem Nicolaum de Cerqueta Prouintiæ Aprutij bannitum status ecclesiæ per indultum obtemptum à Gubernatore Asculi non euitat pœnam homicidij commissi in prouintijs, licet præmio, & indultu gaudere possit per ea, quæ voluit Bald. in consil. 434. vol. 5. quod qualiter procedat dicam in sequenti requi-
28 sito. ✝ Vigesimum octauum, quod indultandus occiderit bannitum in territorio statuentis, nam bannum non extenditur extra territorium. Bal. in auth. item nulla. C. de episco. & cleri. cum allegatis per Foller. in dicta. prag. num. 8. quod intellige, & declara, vt procedat quoad pœnam homicidij; quam non euitat occidens bannitum extra territorium bannientis, non quoad præmium, & indultum; nam licet posset puniri occidens à iudice illius territorij, in quo fuit commissum homicidium in personam illius, qui ibi non erat bannitus, tamen vigore banni à iudice banniente, & sic à Regia Audientia potest indultari, vel gaudebit præmio banni, & hoc est mirabile, quod pro eodem delicto præmium, & pœnam ipse reportet, ita firmat Bald. in dicto consi. 434. vol. 5. Marsi. singu. 249. & in consi. 32. ac in l. eiusdem. §. transfugas num. 3. ff. de sycar. Secundo intellige vt non procedat hodie vigore nouæ capitulationis factæ contra exules inter Sixtum V. Pontificem Maximum, & Proregem Ducem Vssunæ: in qua inter alia disponitur, quod pos-

sint

ſint officiales eccleſiaſtici cognoſcere de delictis ſuorum ſubditorum commiſſis extra ſtatum eccleſiæ, & è contra Regij officiales de delictis commiſſis per ſuos in ſtatu eccleſiæ, ergo, & de ipſis poſſent indultari, & ita practicatur in ſtatu eccleſiæ; & ego practicaui in indultu Iulij Cæſaris Roſales de Colonnella, & requiſitum iſtud poſſet verificari in caſu præpoſito per Foller. in dicta prag. nu. 8. vt puta ſi eſſet captus in loco exempto, & vi extra-
29 ctus non ſeruata ſolemnitate capitulationis. † Vigeſimũ nonum, quòd occiſus non fuerit guidatus, vel indultatus, tunc enim grauiter puniretur occidens, vt diximus in
30 præcedenti quæſt. concluſione. 4. † Vltimum, quod in cauſa indultus audiatur Regius Fiſcus, & ſeruentur aliæ ſolennitates bannorum, quas breuitati conſulens omitto per ea quæ voluit Bald. in l. reſcripta C. de præcibus Imper. offeren. & eſt pragm. 6. de offic. iudi. verſ. item volumus, ſtatuimus, & ordinamus cum ſimilibus, alioquin ex integro cognoſcendum eſſet de validitate, & in dubio indultus eſſet nullus inaudito Regio Fiſco. l. non intelligitur. §. diuus, & leg. ſi fiſcus alicui. ff. de iu. fiſci vide Franc. deciſi. 116. num. 14. cotes per Bart. de Capua in ritu item quod Procurator Fiſci, & prædicta quo ad prædicamentum quantitatis.

S V M M A R I V M.

1 *Qualitas diffinitur ex mente Ariſtotelis.*
2 *Qualitas qualiter conſideretur per Doctores.*

De Qualitate.

EST qualitas ſecundum quam, quales quidam dicuntur, Ariſtoteles in prædicamentis cap. de qualitate Doctores quoque noſtri eodem modo intelligunt qualitatem, & in criminalibus eam conſiderant quatenus ſit apta

apta grauare, vel mitigare delictum; vt puta cum factum atrocius vel leuius est; furtum manifestum, vel non manifestum, si sit rixa, vel grassatura, si expilatio, vel furtum, & si violentia, vel petulantia, qualitates enim istæ grauant vel mitigant delictum: quod à sua qualitate, vt plurimũ denominatur tex. est in l. aut facta. §. qualitas ff. de pœnis cum allegatis per Bald. in l. voluntatis. C. de fidei commis. & exempla ponit Menoch. de Arbitr. lib. 1. q. 11. nu. 10. & materiam qualitatis ponit Bart. in tracta. de testi. verb qualitas cum sequen. quare ratione quæram, quot qualitates ponat potestas contra huiusmodi malefactores: quæ requirantur, vt tali modo possit procedi, & quæ ex parte illius, qui procedere potest ad modum belli, & militari modo.

1 De qualitatibus grauantibus forascitos.
2 De qualitatibus necessarijs in potestate.
3 De qualitatibus ex parte procedentis.

SVMMARIVM.

1 *Forasciti dicuntur inquietatores pacis, & quietis.*
2 *Forasciti dicuntur inimici, & hostes publici, & Regis.*
3 *Forasciti sunt proditores publici, & Regis.*
4 *Forasciti dicuntur contemptores iustitiæ.*
5 *Forasciti dicuntur grassatores.*
6 *Forasciti dicuntur latrones*
7 *Forasciti vigore regiorum bannorum sunt verè foriudicati*

PRIMO quæro quot sunt qualitates: quæ grauant istos disrobatores stratarum? & dico quod potestas ponit septem qualitates, de quibus omnibus breuiter
1 tractandum erit. † Prima est, quia isti forasciti vocantur per literas potestatis inquietatores pacis, & quietis subditorum suæ Maiestatis, vt in illis verbis (*inquietando il*

do il quieto, & pacifico viuere &c.) & dicuntur inquietatores triplici ratione. Prima quia tunc turbatur quies publica, & Ciuitas quando ratione alicuius casus homines relinquunt artes, & ministeria sua prout istorum occasione quotidie contingit, & hanc rationem ponit Bald. in l. obseruare. §. fin. ff. de offic. proconsu. Secunda ratio est quia tunc turbatur quies publica, quando aucta est consuetudo delinquendi, & delictorum frequentia, & istam rationem ponit Montel. in prax. arbitra. in 7. par. q. vltima num 42 Tertia ratio esse potest, quia ob multitudinem, & potentiam delinquentium delicta non puniebantur, & quando delicta istorum non puniuntur publica lætitia turbatur: l. nemo vbi Bald. not. C. de episc.
2 & cleri. † Secunda qualitas est quia isti forasciti, vt inimici, & hostes reputandi sunt vt ibi (*& reputare come inimici*) & quia indefinite fuit positum verbum illud (inimici) equipollet vniuersali, & sensus erit quod habendi sunt vt inimici Regis, & hostes publici, & Ciuitatis. l. is. qui ducenta. § vtrum ff. de reb. dub. glo. & omnes in l. 1. ff. de regu. iu. vide Alcia. in l. quos nos hostes nu. 4. ff. de ver. signi. & cum misterio vocat istos hostes Regis, & publicos, & non rebelles seu reos lesæ Maiestatis, quia non solum loquitur contra forascitos Regni, sed contra exteros quoque, & hostes esse possunt de quacunque gente vt dixit glo. in l. hostes ff. de capt. & post. lim. reuer. quam singularem dicit Bald. in l. nihil nu. 3. C. de indic. liber. & quod isti sint hostes Regis, & Ciuitatis magni effectus est nam vt hostes Ciuitatis quasdam patiuntur penas, & vt hostes Regis quasdam alias vt in specialibus latius dicemus vbi videbis vtilitatem istius inuestigationis & quot modis accipiatur istud nomen hostis vide Bart.
3 & ibi Apostill. Alex. in dicta lege hostes † Tertia vocat etiam potestas proditores publicos istos forascitos, vt ibi (& proditori) quod intellige, vt dicantur proditores publici, & Regis, vt de inimicis supra diximus, & dicuntur

pro-

proditores quia ſine diffidatione occidunt, & delicta committunt Affl. deciſ. 265. num. 63 Iacob. de Sancto Geor. in tract. de feu. & homag. ver. dictique vaſalli nu. 17. & refert quod non ſolum habeantur pro proditoribus publicis, ſed Regis quoque, nam primo reſpectu non tenentur niſi de eo, quod fecerint nempè vel de vulnere proditorio, vel de homicidio, & ſimilibus & ſic non dicitur proditor principaliter per ſe, ſed crimen illud dicitur proditorium: ſecundo vero dicitur ipſe proditor, & reus criminis leſæ Maieſtatis, Marſi. conſil. 1. numero. 2. cum allega. per Blanc. de indic. & tortu. num. 193. Alex. conſi. 145. viſo themate col. 2. volum. 7. & penas vtriuſque caſus dicemus in ſpecialibus, & ſi vis ſcire quot modis quis poſſit dici proditor vide gloſ. Archidia. & Ioan. de tur. crema. in cap. clericus diſtinct. 46 Lucas de pen. in l. fin. Cod. de delato & in leg. 1. Cod. de pen. 60. ſub col.
4 11. libr. 10 † Quarta vocat etiam iſtos contemptores iuſtitiæ ibi (*è diſpreggio della giuſtitia*) & ratio eſt quia renuunt ſubijci ordinationi legis, Archidia. in cap. quicunque 81. diſtinct. Iaſ. Alberi. & cæteri in leg. 1. ff. ſi quis ius dicenti &c. vbi ponuntur penæ iſtorum contemptorum iuſtitiæ; vide etiam Foller. in coſtitut. Re-
5 gni conſtit. prima num. 18. & Grammat. ibidem. † Quinta notantur quoque iſti vt graſſatores ibi (*arrobando per la campagna*) &c & ibi (*impedendo lo libero comercio*) turbare enim in Campan. a graſſatio dicitur. leg. capitali. §. famoſos iuncta gloſ. in ver. graſſati. ff. de penis, & graſſari eſt verbum genericum comprehendens ſub ſe tam nitentes ad malum, licet non perfecerint, quam actu delinquentes. leg. aut facta. §. fin. iuncta glo. ff. de penis, & leg. capitalium §. famoſos. ff. eod. gloſ. in ver. à graſſaturis in §. qualitate dicta. leg. aut facta, & ita concordat leges prædictas Bart. in dict. leg capitalium. §. graſſatores, quare duas diffinitiones graſſatorum ponunt Doctores, Prima eſt illorum: qui habent pra-

D u m

uam voluntatem, sed actu non delinquerunt, & dicunt grassator est nitens ad malum, vt dixit glo. in dicto §.fi. & in d.§.grassatores, Secunda est illorum, qui actu deliquerunt, & tunc diffinit Archidiac. in cap. militare. 23. quæst. 1. grassare est improbè in aliena seruire, & aliena inuadere, & fuit necessarium declarare hoc pro intelli-
6 gentia quorundam specialium. † Sexta qualitas est latrocinium, qua nota infamantur per illa verba (*vanno arrobando per la campagna &c.*) latrones vero secundum communem diffinitionem sunt qui palam, vt in strata publica, vel etiam in syluis furantur, glo in l. 1. C. depositi & in leg. cum duobus §. damna. in ver. subreptum ff. pro socio Marsil, consi. 22. numero. 16. Barto. cepol. in auten. sed nouo iure numero 48. C. de ser. fugi. cum simil. & in hoc differunt à furibus, quia illi clam bona auferunt, vt dicunt Marsi. & Cepol. in locis præallegat. latrones vero palam, vel clam, sed cum vi, vel cum armis, vt declarat ibidem Cepo. & tractat etiam quid sit fur famosus: & latro famosus, & quia isti termini currunt per scholas remitto me ad scribentes, & prædicta dixisse volui ad facilitandum intelligentiam verborum potestatis de
7 quibus infra. † Septima Regia banna de quibus mentionem fecimus in prædicamento quantitatis q. prima declarant istos forascitos vere foriudicatos, si fuerint contumaces in non comparendo infra decem dies in vtroque banno statutos, quod est contra constitutiouem pœnam eorum, quæ requirebat cursum anni ad hoc vt quis posset foriudicari, & amplius quatuordecim alia requisita præcedere debebant, de quibus per Afflict. in dicta constitut. & effectus istius qualitatis ponam in specialibus.

S V M M A R I V M.

1 *Quatuor qualitates requiruntur vt intret potestas.*

2 Reus

2 *Reus potestatis debet esse forascitus & declaratur nomen forascitus.*
3 *Verba illa (contra quelli forasciti &) duobus modis fuerunt intellecta.*
4 *Verus intellectus illorum verborum;*
5 *An requiratur vis in Campanea vt intret potestas.*
6 *Potestas loquitur de omnibus violentijs.*
7 *An vis debeat esse talis, quod importet penam mortis & concluditur quod non.*
8 *An potestas loquatur de forascitis præteritis,*
9 *Quando plures qualitates requiruntur omnes interuenire debent.*

1 SECVNDO quæro quod qualitates requirantur vt potestas ista militaris locum habeat contra reos, &
2 dico quod quatuor qualitates necessariæ sunt. ✝ Prima est, vt reus sit forascitus vt ibi (*contra quelli forasciti*) & pro declaratione istius qualitatis sciendum est quod forascitus non est nomen iuris, sicuti nec foriudicatus, vt dicit consti. Regni penam eorum §. sic foriudicatus & Affli.not.ibi in nu. 42. sed est regionis, & Regni vocabulum, & secundum communem vsum loquendi: qui in statutis quoque attenditur l. si seruus plurium. ff. de leg. 1. l. librorum §. quod tamen Cassius. ff. de lega. 2. quia intellectus literalis dicitur, vt dixit Bald. in l. omnes populi num. 16. ff. de iusti. & iur. & cotes allegat Cagnol. in l. si librarius num. 11. & 12. ff. de reg. iur. & statutum verificari in communi vsu loquendi, dixit Roma. consi. 4. in fin. & in consi. 23. recte describi poterit, Forascitus est, qui ratione delicti, vel prauæ voluntatis erit foras. vnde dicitur forascitus, quasi foras itus Caraui. in pragm. 1. de exul. num. 9. & illorum forascitorum, tres sunt species; quidam rationibus prædictis exierunt à proprio domicilio, & non incedunt per Campaneam, sed permanent in locis habitatis, vt incogniti, vel vt tollerati; quidam ince

dunt per Campaneam in comitiua, sed actu non delinquunt, prout sunt isti partiales & eorum adhærentes; alij vero grassantur delinquendo per Campaneam, ista distinctio colligitur ex illis verbis potestatis, videlicet (*contra quelli forasciti che vanno arrobando*) impedendo &c & eam probant iura, quæ supra in præcedenti. q. posuimus, distinguendo grassatores, qui à forascitis non differunt, cum igitur tres sint species forascitorum. De quibus loquitur potestas, & hoc dependet ab intelligentia dictorum
3 verborum: quæ duabus modis fuerunt intellecta. † Primò, vt comprehendant omnes tres istas species forascitorum, & hoc modo intelligentes, dicebant quod illud relatiuum, videlicet. *che vanno* &c. non restringit genus, sed stat declaratiuè per l. omnes populi, vbi glo. Bald. & Ias. ff. de iust. & iur. Bald. & cæteri in l. cunctos populos. C. de sum. trin. & fide cathol. glo. & Aret. in §. ius ciuile Insti. de iur. nat gent. & ciuil. & quod illa verba sequentia (*inquietando &c.*) *perturbando &c.*). *& impedendo &c.*) stant exemplificatiuè, quæ non restringunt regulam, leg. damni. in fetti la. 2. ff. de damno infect. §. hactenus Insti. de gradi: sed ponuntur ad faciliorem intelligentiam. l. si filius. ff. de his: qui sunt sui vel alieni iuris. l. vt responsum. C. de transact. l. obligationum substantia. ff. de actio, & oblig. & secundum istum intellectum potest procedi etiam contra simplices contumaces, & delinquentes; dũ modo ratione delicti exierint foras de domicilio vbi citati, vel inquisiti sunt.
4 † Alius fuit intellectus, quod verba illa comprehendant solummodo duas vltimas species forascitorum, non autem illos, qui vel ratione contumaciæ seu delicti, aut prauæ voluntatis exierunt de domicilio, sed non incedunt per Campaneam, & iste est verus intellectus: quod probatur, Primo quando relatiuum quis, vel qui addit generalitati cui adiuncta est aliqua qualitas: quæ competit omnibus speciebus contentis sub generalitate, & tunc stat declaratiuè, & ita procedunt al

legata

legata pro prima opinione, vt videre fas erit in illis; si vero aliquibus competit, & aliquibus non competit, tunc restringit generalitatem ad species, quibus qualitas competit, & cæteras excludit, & ista est communis Docto. distinctio in dict. l. 1. in l. omnes populi: quam bene declarat Aret. in eo §. ius ciuile, sed qualitas addita per istud relatiuum, nempè incessum per Campaneam, non competit primis forascitis, ergo restringit potestatem ad illos forascitos, qui incedunt per Campaneam. Secundò potestas loquitur de illis forascitis contra quos potest bellum indici, & impunè possunt offendi tanquam inimici, & proditores publici, Bart. in l. hostes. ff. de capt. & postlim. reuer. Alcia. in l. quos nos hostes §. 1. ff. de verb. signi. de quo faciemus vnum speciale sub 3. q. prædicamen. pati: sed primi forasciti non possunt impunè occidi, vt probat Fely. in cap. quæ in ecclesiarum vers. quartus casus num. 7. de consti. cotes per Foller. de foriudica. num. 10 ergo &c. Tertio ratio statuti declarat mentem statuentis, quæ ex proximo colligitur. l. fin. vbi Bar. & cæteri. ff. de heredi instituen. Barba. consi. 20. num. 18. vol. 2. sed ratio qua motus fuit Princeps ad istam concedendam potestatem fuit, quia illi grassatores turbabant, & inquietabant pacem publicam: vt in illis verbis prohemij, (*& inquietando il quieto viuere, &c.*) quæ non competit primis forascitis, ergo excluduntur à potestate. Quarto, & vltimo secundum istum intellectum, respondit collaterale Consilium Regiæ Audientiæ Calabriæ de hoc dubitanti 23. Septembris 1583. vt in 1. Calab. fol. 33 & tandem ita fuit declaratum bannum ad instantiã Ciuitatis Neapolis in anno. 1583. 4. Octobris, nempè quod intelligatur de illis forascitis, & delinquentibus qui incedunt per Campaneam. Ex prædictis igitur apparet intelligentia ad istam primam qualitatem.
5 † Secunda qualitas est, quod forascitus vim committat in Campanea, & quia violentiarum quinque sunt species: videlicet Abla-

tiua, Turbatiua, Inquietatiua, Compulsiua: & Expulsiua. glos. prima. l. 1. C. quod metus causa; glo. & Bar. in l. extat. ff eo. glo. magna in c. ad audientiam extra eo. decla-
6 rant Ias. & Plot. in l. si quando C. vnde vi. † Quæri potest quam vim requirat potestas? & dico quod sufficit vna ex prædictis, quia quelibet vis sufficit, vt innuunt verba potestatis, de Ablatiua, ibi (*vanno arrobando*) de Turbatiua, ibi *& perturbando*) de Inquietatiua, ibi *inquietando il quieto, &c*) de Compulsiua in bannis, quæ loquuntur de recattis, de Expulsiua, ibi (*& impedendo lo libero commercio*) de omnibus igitur violentijs fit mentio in potestate, ergo quælibet illarum sufficiet, sed qualiter committantur istæ violentiæ, & quæ remedia sint introducta pro eis non intendo loqui quia esset transplantare materias à proprijs locis, & subtrahere aliorum labores tanto magis quod Doctores ferè omnes sexcentum in locis de ipsis plene loquuntur; maximè Ias. & Plot. in dicta. leg. si quando, Pontan. in tracta. de spol. lib. 1. c. 1. & magistra
7 liter per Anto. de Nigris in cap. Regni subditorum. † Tertia qualitas est secundum aliquos, quod vis ista sit talis, pro qua veniat imponenda pena mortis naturalis, quia alioquin non possent impunè occidi, nec contra eos indici bellum, & quodlibet bannum permittens bannitum occidi, intelligitur, si bannitus tale commiserit delictum, quod importet penam mortis naturalis, Cepol. consi. crimina. 5. num. 12. Alberi. in l. quod si iterum num. 2. ff. de adimen. lega. Foller. de foriudica. num. 6 sed contrarium puto verius nempè quod sufficiat quælibet vis etiam minima, immò quod solus incessus per Campaneam absq; alia vi faciat intrare potestatem, & hoc probatur, primo per illa verba, *che vanno inquietando, perturbando, & impedendo, &c.* quæ non semper inferunt vim talem: quæ importet penam mortis naturalis, maximè verbum impedire: quod aliquando nullam vim habet, vt declarant Docto. & præcipuè Ias. in dict. leg. si quando. C. de vnde vi.

vi. Secundò Princeps intendit punire, & reprimere forascitorum excessus, vt ibi & noui excessi, verbum enim excessus, omne genus maleficiorum comprehendit, siue leue siue atrox sit, & ita declarauit Montel. in prax. Arbitra. part. 4. num. 16 illud verbum excessibus positum in prima lit. arbitra. incip. ne tuorum ex mente Cardi. Bal. & Alex. ergo quælibet vis sufficit. Tertio non solum Princeps excessus reprimere intendit, sed in conuenientia quoque istorum: vt ibi (ad. reprimere tali excessi: & incóuenienti) & licet excessus semper sonet in malum, & sit actus punibilis, tamen inconueniens quamuis sonet in malum, aliquando est actus reprehensibilis, non autem punibilis. Ecce contrahentibus licitum est ad inuicem inter se decipere. l. in causæ la. 3. §. penult. ff. de minor. & tamen hoc est inconueniens in bono viro, vt dicit glos. in l. semper in stipulationibus. ff. de regu. iu. quod inconueniens non pœnam, sed reprehensionem meretur ad notata per Docto. & presertim per Ias. in l. si quis in conscribendo. C. de pact. cum alijs remissiuè allegatis per Duen. regul. 148. Quarto istam opinionem firmat Nell. de bannitis in 2. par. 2 tempo. q. 7, vbi præponit. q. si possit bannitus impunè occidi, si eius delictum non importabat mortis pœnam, & pro opinione negatiua adducit quinque fundamenta, & pro affirmatiua quatuor, & tandem residet cum ista & dicit quod ita communiter tenetur, & obseruatur, & in Regia Audientia Aprutij passim fuit iudicatum, quod solus incessus per Campaneam absque alio delicto sufficit potestati militari, benè verum quod ad obtinendum indultum, seu præmium vigore regiorum bannorum non sufficiat incessus solus sed requiritur alia specialis vis, & ita intelligo Carraui. in prag. 1. de exuli. num. 184. & dixi in prædicamen. quantitatis. q. 3. in 17. requisito indultus, & an per simplicem incessum possint forasciti ad mortem damnari, dicemus in eorum pœnis sub prædicamento pati, quare qualitas ista

non est necessaria vt vides, sed si vltra incessum fuerit illata aliqua vis in Campanea, grauabit pœnam, & tanto
8 magis intrabit potestas. † Quarta qualitas est quod incessus per Campaneam istorum forascitorum fuerit tempore, quo fuit publicata potestas vel post publicationem si vero fuerit per prius, & deinde quiete vixerit, & tēpore potestatis non reputabatur pro forascito, si non fuerit punitus de incessu, vel de alio delicto in Campanea commisso, non potest procedi ad modum belli, Sed alio modo: quia verba potestatis sunt temporis præsentis videlicet *(contra quelli forasciti che vanno arrobando)* & non trahuntur ad præterita, lex enim pro futuris negocijs est facta, non autem pro præteritis. Bald. de iusti. cod. confir. num. 8. & quod non trahatur ad præterita constitutio si de eis non facit mentionem, est tex. in cap. fin. de consti. vbi Felyn. ponit hoc pro regula, & ampliat quatuor modis, & decem alijs limitat, licet secus sit in alijs dispositionibus hominum, quæ si sunt factæ per verba præsentis temporis, nec ad præterita, nec ad futura extenduntur. Felyn. in dicto cap. fin. num. 16. & hoc pro regula ponit Duen. in regu 205. cum pluribus ampliatio. & limitatio remissiuè, quod qualiter intelligatur dicemus in q. 3. prædicamenti relationis vbi etiam ponā
9 an extendatur potestas etiam ad causas pendentes. † Constat ergo quod plures qualitates requiruntur, vt habeat locum modus militaris; & ideo omnes interuenire debent, & si vna deficit non habet locum dispositio banni, vt dixit glo. 4 clemen in plerisque de electio. & electi potesta. cum allega. per Marsil. in singu. 187. & per me in q. 3. Prædicamen. Quantitatis in. 18. requis. indultus, & ratio est, quia quando plures qualitates respiciunt certum, & limitatum subiectum, tunc concursus omnium requiritur, vt hic, secus vero quando respiciunt diuersas substantias. vel species. l. si plures institut. ff de condi. institu. Sozzi: in l. si is qui. §. vtrum. ff. de reb. dub. & de hoc

fecit

fecit regulam cum sex limitationibus Iacobus nouellus in regu.165.

S V M M A R I V M.

1 *Procedens ad modum belli debet esse Præses.*
2 *An Barones teneantur remittere vassallos forascitos Præsidi pro parte negatiua adducuntur septem fundamenta.*
3 *Pro parte affirmatiua adducũtur septem alia fundamẽta.*
4 *Firmatur opinio affirmatiua tribus rationibus, & respondetur ad contraria.*
5 *Interpretatio istius quæstionis relinquitur Principi.*

1 TERTIO quæro, quæ qualitates requiruntur ex parte illius, qui potest procedere ad modum belli? & vnam ponit potestas. nempè quod sit Præses Prouintiæ: quem in Regno Gubernatorem appellamus, vt dixit Capi.in suo epilo. Magistr. Regni & Montel. in prax. Arbitr.in 4 par. num. 11. & probatur in potestate ibi. (*è commandamo tanto à voi al præsente Gouernatore, &c. che possiate, & debbiate procedere ad Modum belli, &c.* & quia de hoc dicturi sumus in Prædicamento Agere, idcirco ibi me remitto, & hic tantum quæram. An qualitas ista Præsidatus sit adeo necessaria quod teneantur Ordinarij locorum, & Barones remittere eius vassallos forascitos? licet præuenerint in captura, & quod Præses vigore potestatis non sit obligatus remittere. Articulus iste est disputabilis, & valde diffusus, & odiosus, quia tangit interesse Baronum, qui quotidie disceptant in Audientijs pro remissione vassallorum, & eius resolutio dependet ab illius quæstionis resolutione an per specialem iurisdictionem alicui concessam sit derogatum iurisdictioni ordinariæ. Ego (more solito) breuiter loquendo ponam fundamenta partis negatiuæ, & affirmatiuæ, &
2 deinde dicam quid sentiam. † Pro parte negatiua nempè

pè quod per concessionem specialem factam Præsidibus vt contra forascitos possint procedere ad Modum belli, non sit derogatum iurisdictioni Baronum. Primo adduco communem conclusionem Doctorum: quæ est quod iurisdictio specialis censetur concessa cumulatiue, non autem priuatiue, & ista est magis communis opinio, de qua testatur Ias. in l. quod in rerum. §. si quis potest ff. de lega. 1. Secundo probatur per textum Regni in c. si cum sceleratis vbi in concedendo Magnæ Curiæ Vicariæ præheminentiam, vt possit procedere ex processu infotmatiuo, vtitur ijsdem verbis; quibus vsus est hic Princeps, & tamen videmus quod Barones non tenentur remittere eius vassallos, immò ipsi petunt, & obtinent remissiones, & licet procedere non possint ex processu informatiuo, procedunt ordinarie. Tertio videtur hoc decisum per prag. 5. sub titul. vbi de delic. quis conue. deb. vbi dicitur quod publici latrones, & stratarum disrobatores possunt à quocunque officiali capi, & puniri, ergo si Barones præuenerint, non tenentur remittere. Quarto istam opinionem in terminis firmat Affli. in consti. ea quæ ad decus num. 21. vbi concludit quod ille: qui habet priuilegium meri Imperij ante illam constitutionem, non perdit priuilegium nec censetur reuocatum per constitutionem illam, in casu, quem ponit. Quinto quando iurisdictio conceditur in odium aliquarum personarum, prout hic in odium forascitorum, tunc cumulatiue cum iudice ordinario censetur concessa, secus vero si erit concessa in fauorem aliquarum personarum, vt puta pupillorum, viduarum &c. Vrsillus in Affl. decis. 41. quem vide, quia bene loquitur, & declarat Affli. ibi. Sexto per Paridis doctrinam de syndica ver. arbitrium nu. 10. vbi dicit quod si potestas habet omne Imperium, & iurisdictionem, & postea conceditur alicui potestas specialis, tunc non erit derogatum iurisdictioni potestatis, & in sequenti num. subdit, quod si liberum haberet arbitrium non posset dero-

derogare priuilegijs aliorum. Septimo, & vltimo omissis alijs, hanc opinionem firmat Roma. in consi. 393. vbi adducit duodecim iura, quæ ad literam probant, quod concessio iurisdictionis specialis non adimit iurisdictionem ab eo, qui est iudex generalior, & meo quidem iudicio illud consilium est basis, & fundamentum istius o-
3 pinionis negatiue. † Pro parte verò affirmatiua quod concessio potestatis procedendi ad modum belli contra forascitos præsidibus Prouintiarum fit priuatiue quo ad ordinarios, & Barones, & quòd ab eis adimat iurisdictionem quoad forascitos, possunt plura adduci. Primo doctrina Bart. in leg. 3. §. illud C. de canon. largi. in additio. lib. 10. vbi dicit, quod si vnus officialis eligitur specialiter ad vnum officium, quod per illam specialem electionem fit omnis sublata potestas de eo, quod sibi specialiter commissum est alijs generalem administrationem habentibus, & ideo quod Barigelli Perusij, quibus specialiter data est potestas contra omnes Bannitos Perusij, habebunt illam priuatiue, quia per hanc specialem concessionem iurisdictionis videtur adempta omnis potestas Capitanei, & Potestatis Ciuitatis Perusij dictos prosequendi Exbannitos. Secundo quando per modum legis condendæ ex rationabili causa Princeps alijs præiudicat, tunc potest hoc facere etiam derogando, limitando, & restringendo priuilegia: Doct. in l. omnes C. si contra ius & vtil. pub. Foller. in pract. censua. §. & summissionis num. 28. & 29. faciunt allegata per Vrsillum in Afflict. decis. 391. col. 2. & 3. Fely. in cap. quæ in eccesiarum num. 26. & 27. de consti. Aymo. cons. 5. per totum, quod procedit etiam quod in lege non sit apposita clausula derogatoria, vt dicunt præfati Doct. & multa alia pro hoc allegat Cassa. in consuet. burgun. rub. 1. §. 5. in textu fil n'a grace nu 165. hinc videmus, quod per uiam generalis legis potest Princeps indulgere delinquentibus, etiam parte non concordata, vt per multa concludit. Foller. in

additio.

additio.& declaratio.indultus Car.Pacech.col.3.& Caf fa.in loco præallega. Tertio quod voluntas Principis fuerit quo adhoc præiudicare Baronibus apparet ex bannis Regijs emanatis,in quibus datur facultas officialibus Regijs indultandi forafcitos obferuatis banni folennitatibus,quod intelligitur etiam in præiudicium Baronum, nam poffunt eorum indultari vaffalli in præiudicium iurifdictionis ipforum Baronum , vt dixit Foller. in dictis declarationibus col. 13 circa fin. per allega. per Caffa. in loco preallega.& ita abfque difficultate feruari,& feruatum fuiffe in practica dixit Carau.in prag. 1. de exul. num. 172. & ratio iftius fundamenti colligitur ex fundamento præcedenti. Quarto per poteftatem iftam funt fublati omnes alij modi procedendi contra forafcitos, & de neceffitate procedendum erit ad modum Belli, quod probatur per verba illa poteftatis(*poffiate,& debbiate,&c.*) verbum enim debet neceffitatem importat, ad notata in.l.fæpe.ff.de offi.Præfi.& hoc probabimus in 9. & 10.fpeciali fub.q.3.in prædicamento Pati,fed tali modo folus Præfes vti poteft contra forafcitos , vt dicemus in Prædicamento Agere q.1.ergo ipfe folus erit iudex,& priuatiue quoad alios , alioquin fequeretur magnum inconueniens,quod fic Barones nõ tenerẽtur remittere ad Præfidem ex quo ipfi non poffunt vti ifta poteftate , & alio modo non poteft procedi contra forafcitos , remanerent impuniti,contra tex.in l.ita vulneratus.ff. ad leg. aquil.& non valet argumentum de proceffu informatiuo ad proceffum militarem;nam in primo cafu eft in poteftate Magnæ Curiæ procedere de præeminentia , vel ordinarie, vt dixit Ant.de Nigris in dicto c. fi cum fceleratis num.55.fed in ifto cafu eft neceffitatus Præfes procedere ad Modum belli vt dixi.ergo &c. Quinto Poteftas ifta concedit poteftatem incidendi bellum contra exules, & de guerra mota,vel mouenda non poffunt cognofcere Barones,fed fola Magna Curia Vicarie,& nunc

Præfides

Præsides quoque vigore delegationis, vt est ritus 47. & ibi Carau. dicit quod istam cognitionem habet Magna Curia Vicariæ priuatiuè quoad alios, & quod ita fuit ille ritus interpretatus. Sexto clarum est quod Potestas procedendi ad modum belli non competebat ordinarijs, cum igitur sit delegata Præsidibus, cæteris ordinarijs censetur adempta, per allega. per Marsi. in singu.301. & per Arnon singu.82. ac per Boer. decis.151. num.20. Maran. distinct.5. num 4. & facit tex. in cap. sane extra de offic. delega. Septimo istam opinionem sigillat Afflict. decis. 41. vbi determinat quod causa cuiusdam Medici conuenti in sacro consilio, quod habet generalem iurisdictionem contra omnes, fuit remissa ad Cancellarium Regni specialem iudicem Medicorum: quia priuilegium fuit cõcessum in fauorem Medicorum: & Collegij, & videtur adempta iurisdictio à iudice generali, & subdit quod si dicat statutum, quod de causis fiscalibus vel pupillorum aut viduarum cognoscat talis iudex, tunc Regens, qui habet generalem iurisdictionem, non potest se de talibus causis intromittere. Ex prædictis ergo apparet, quod vtraque opinio habet sua fundamenta, quibus vix responderi potest, mihi autem semper placuit secunda opinio, tribus alijs rationibus, quibus responderi non potest. Prima est, isti forasciti ex quo non comparuerunt infra decem dies statutos à Regijs bannis verè effecti sunt foriudicati Regiæ Curiæ, & ista sunt verba bannorum, quæ subijcere placuit, (*& non comparendo elapso lo termino predetto*, cum alijs sequentibus, &c. deinde subdit *seranno tenuti trattati, & reputati per diffidati, rebelli, & contumaci banniti, & come veri foriudicati della regia corte*) sed contumaces, & foriudicati Regiæ Curiæ remittendi sunt ad Regiam Curiam à quocũque officiali, vt clarum est. & dixit Carau. in prag.1. de exuli. nu.52. & in terminis Ioannes Vincentius de Anna sing.56. dixit quod causæ foriudicatorum non remittuntur Baronibus, ergo Barones tenen-

tur

tur remittere Præsidi iudici delegato contra ipsos foriudicatos Regiæ Curiæ:quid autem si clericus esset foriudicatus,vide Franc.decis.209.Secunda ratio Barones fundant se in vassallaggio,& in dict.pragm.5.vbi de delict. quis conue.sed isti forasciti non sunt eorum vassalli nec pragm.obstat ergo &c. & quod non sint eorum vassalli, probatur viua ratione, quia isti forasciti sunt hostes Ciuitatum,& Regis,proditores,rebelles, & rei læsæ Maiestatis, vt probauimus in 1.q.Prædicamenti, per quæ non solum amittu ntur iura Ciuitatis,sed communia, vt singulariter dixit Bart. in q. Lucanæ Ciuitatis, & in tractatu, qui sint rebelles, & cognitio contra rebelles reos Maiestatis,& hostes Regis,ad Regios officiales tamen spectat l.1.ff.ad l.Iuliam Maiesta.cum allega. per Cassa.in consuet.Burgun.rub.prima ver.& Dro.1.& nu.109 cum alijs vulgaribus adductis per Lucam de pen.in l.fi. C.de delato.lib.10.& in l.1.C.de petit. bono. subla. ergo Barones non possunt se intromittere,quia positi sunt extra protectionem,& vassallagium ipsorum,& ideo dixit Cynus in l. 1. C. de natura. liber. quem vbique comprobat Bald. quod quando aliquis extrahitur de protectione alicuius Ciuitatis.videtur factus alienus, ab illius municipalibus constitutionibus, & consequenter commoditate eorum priuatur.Roma.consi.459.in prin.& ad prag. 5. responde duobus modis;primo quod illa prag.intelligitur secundum ius commune, quo iure forasciti non sunt hostes publici.nec Regis,vt concludit Bar in dicta. q. num. 29. & 32.dicens ex prædictis patet,quod secundum formam iuris communis exbanniti non sunt transfugæ, & hostes & esset nequissimum dicere quemlibet contumacem esse transfugam, & hostem Ciuitatis, & latius probabimus in speciali. 41. nimirum igitur si Baronibus datur præuentio per dictam prag.sed vigore potestatis isti forasciti declarantur inimici Regis, & ideo ab officialibus Regijs puniendi sunt, per ea: quæ supra diximus, etiam

respon-

responderi poteſt quod pragm.loquitur in latronibus,& diſrobatoribus ſtratarum: qui non ſunt foriudicati Regiæ Curiæ, Nos vero loquimur in iſtis met, qui tamen vigore Regiorum bannorum ſunt verè foriudicati Regiæ Curiæ,& ab ipſa puniri debent vt ſupra in prima ratione. Tertia ratio non poteſt negari, quin Barones fuerint negligentes in capiendo, & puniendo iſtos foraſcitos, & quod eorum culpa non ſit auctus numerus illorum, & iſta negligentia probatur à communiter accidentibus, nam vt plurimum officiales de exceſſibus iſtorum foraſcitorum non cæperunt informationes, & publici foraſciti nec inquiſiti reperiuntur in eorum Curijs: expertus loquor: ob quam negligentiam, & culpam cauſæ ſunt deuolutæ ad ſuperiorem, & illis legitimè priuari potuerunt. Lucas de penna in l.2. C. de lucr. aduoca. libr. 12. Bald.in Aut.ſtatuimus.C.de epiſco.& cler.& Affli.in conſti.iuſtitiarij nomen nu.19.& ratio eſt quia iſta negligentia facit eos culpabiles, fautores foraſcitorum, Aymon. conſi.132. num.4. quæ negligentia inducitur ſpatio ſex menſium per cap.Regni quorundam compoſitio, & tenēdo iſtam opinionem ad fundamenta primæ partis facilis erit reſponſio, & dicas, quod omnia illa procedunt quando non per uiam legis generalis conceditur iuriſdictio ſpecialis, ſed per uiam diſpoſitionis particularis, vt diximus in ſecunda ratione iſtius opinionis, & per uiam generalis diſpoſitionis non ſolum in his quæ ſunt iuris poſitiui, ſed etiam gentium poteſt Princeps præiudicare Baronibus,& alijs iuſtis ex cauſis; vt per multa firmauit Lancillot,in templo omni. Iudic.lib.1.cap.1.§. 4. ver.ſtatuit contra ius, quem vide, quia dilucidat iſtam quæſtionem, & iuſtæ, & rationabiles cauſæ poſſunt eſſe multæ,inter quas eſt fauor publicus. l. item ſi verberatū ff. de rei vindica:cum ceteris allegatis in dicto c. quæ in eccleſiarum num.27.de conſtitu.per Fely.Aym.conſi.5. num.4.& Doct.omnes in locis præallega, & non eſt du-

bium

bium quod potestas ista fauore publico sit introducta, quia isti forasciti inquietabant quietem, & pacem subditorum suæ Maiestatis, vt ibi *inquietando il quieto, & pacifico viuere de subditi di sua Maesta*, Afflict. in terminis in constitu. pœnam eorum num. 15. ver. in contrarium allegantur cotes per Iaf in l. cum quidam ff. de lib. & post hu num. 26. & quod Potestas ista sit inducta in fauorem
5 publicum latius probabimus in specialibus. ✝ Sed quia negari non potest, quin quæstio ista sit dubia, tanto magis, quia ego vidi aliquas prouisiones Regij Colla. Cons. in fauorem Baronum, & Commissarios Campaneæ aliquando remittentes, idcirco desiderarem super hac quæstione quotidie in tribunalibus ventilata, & in posterum ventilanda, Principis decisionem: quia ad ipsum spectat dubitationes in iudicijs contingentes interpretari, & dirimere l. penul. cum glos. C. de legi. l. & ideo ff. eo. Lancillot. in loco præalleg. ver. dubitationes iudiciorum, aliòquin Regiæ Audientiæ, & Commis. Campaneæ semper erunt odiosi Baronibus, & tandem Prorex mandauit non remitti forascitos Baronibus per spatium quatuor mensium vt in cur. pr. Aprut. fol. 127.

S V M M A R I V M.

1 *Quid est Ratio,*
2 *Auxiliatores, dependentia, & incidentia habent relationem ad delictum.*

De Relatione.

PRAEDICAMENTVM istud etiam ad aliquid appellatur & diffinitur ab Aristo. de Prædicamen. cap. de relatio. est illud, quod cum per se nihil sit relatum; tamen ad aliud constat; vt puta pater respectu filij, venditor respectu emptoris: non enim pater diceretur nisi esset filius

lius,neque venditor si non esset emptor, & ita quoque considerant qualitatem Doct. nostri vt per exempla relata per Ias. in l. fin. C. de indic. vidui. tollen. apparet, & per iura adducta per Bald. in l. voluntatis. C. de fideicom.
2 ac per Menoc. de arbitr. lib. 1. q. 11. nu. 14. † Et quia auxiliatores delictorum non dicerentur nisi essent delinquentes, & dependentia, emergentia, &c. habent relationem ad causas, ex quibus dependent, idcirco de ipsis dicendum erit mox de causis præteritis pendentibus, & Piratis.

1 De auxiliatoribus,
2 De emergentibus,
3 De causis præteritis, & piratis.

S V M M A R I V M.

1 *An potestas Militaris extendatur ad auxiliatores,*
2 *Dispositio pœnalis, & personalis; etiam quod sit fauorabilis non extenditur ad auxiliatores.*
3 *Potestas militaris licet sit pœnalis, & personalis extenditur ad auxiliatores,*
4 *Intellectus ad tria iura.*
5 *Speciale est quod potestas extendatur ad auxiliatores forascitorum,*
6 *Statutum loquens de turbatoribus pacis extenditur ad eorum auxiliatores,*
7 *Lex loquens de rebellibus, & reis lesæ Maiestatis extenditur ad auxiliatores,*
8 *Causæ auxiliatorum sunt dependentes seu emergentes à causis forascitorum,*
9 *Per concessionem Potestatis militaris contra forascitos censentur concessa necessaria ad extirpationem illorum.*
10 *Mandatum generale super guerra extenditur ad appendices mandatæ rei.*

1 PRIMO quæro, An potestas ista, quæ loquitur in forascitis comprehendat, seu extendatur ad eorum auxiliatores? Quæstio ista est satis periculosa, & intricata, quia tractat materiam extensionis, & comprehensionis, super qua adeo variarunt Doctores, quod si esset articulus fidei, nemo eorum esset catholicus, & non vidi scribentes, nec audiui Doctorem, hoc resolutè loquentes; & octuag. septem Doct. tractantes super istam materiā, enumerat Anto. de Nigris in cap. Regni ad hoc nu. 144. col. 7. de furtis, sed minus cōfusé tractantes, fuerunt Imo. in l. si vero, §. de viro. ff. solu. matr Ias. in l. cū quidā ff de lib. & posth. Matth. Mattesil. in tract. extensi. Imo. & Gemi. in c. 1. de tēp. ord. in 6. Ant. quoq. de Nig. in d. c. per multas col. laborat super hoc, & ideo meū esset ab huiusmodi periculosis quęstionibus abstinere; nā teste Senec. in prouer. nunquā periculū sine periculo vincitur; maxime quia in Ciuitate ista Terami in qua nūc resideo extra Audientiā pro forascitorū causis pro libris mihi offeruntur arma, & diu quærēs habere omnia volumina Bal. & Abb. tandē habui, sed imperfecta, & absque indice titulorum, & adeo antiqua, vt nec cum carta (vt dicitur) nauigatio nis possunt inueniri. ll. & cc. & scio, quod mihi expediebat in materia ista noua amplius ab alijs non tacta, vbi tot modosæ. qq. resoluendæ sunt habere copiam librorum, vt tarditatem ingenij mei eruditionis diligentia compensarem: vt de se dixit Hieronymus in Epist. 40. & ideo consuluit Ioan. de Neuizzan. & Oltrad. quod oportet multos habere libros; quæ duo consilia ego habeo inserta in indice librorum & forsan nunc retrocessissem si cum decore pœnitentiæ locus esset. Verum non potui non obedire Præsidi, qui adeo me infestat, vt tractatum istum in lucem edem; quod horas, & momenta mihi numerat: sed ad rombum redeundo ponam in ista materia veram conclusionem extensionum: & tangam

2 in ... resolutionem istius quæstionis. † Vera, & commu-

communis conclusio est quod dispositio penalis, & personalis etiam quod sit fauorabilis, non comprehendit, nec extenditur ad auxiliatores. Bald. in addi. Specu. ver. sed pone. q. de facto sentit Bar. in tracta. qui sint rebelles Ver. transit cotes per Marsi. in praxi crimina. in §. constante nu. 70. & dixit Cæpol. in Aut. Sed nouo iure num. 90. C. de ser. fugi. quod Authen. illa loquens de furibus non comprehendit auxiliatores, prout non comprehendentur à statuto, & Affli. in constitu. si quis aliquem nu. 13. in fi. dicit quod præstans opem percussioni non punitur pœna illius constitutionis, & dat rationem, quia illa constitutio loquitur in personam percutientis. Foller. in prag. ad restringendum num. 61. de ictu scoppe. firmat quod illa prag. non comprehendit Auxiliatores, quia loquitur in personam, & ita quoque intelligit illam prag. Cauen. in rit. 276. nu. 28. & allegat alios Marsi. in cons. 7. num. 52. dicit quod statutum faciens mentionem de homicidio non comprehendit illum: qui causam dedit homicidio, & si detur iudici liberum arbitrium in aliquos, vt in malefactores notorios, prout videtur esse in potestate nostra, ad nullos alios malefactores extenditur. Paris de syndi. cap. 1. nu. 17. & clarum est, quod inter auxiliatores mandans est principalior, & tamen statutum personale non extenditur ad mandantem; vt probat Menoc. de arbitra. lib. 2. cas. 353. num. 17. & ratio conclusionis est, quam referunt Bar. Ange. & Cæteri in l. is qui opẽ ff. de fur. Cauen. in dicto rit. nu. 28. quia cum statutum sit personale, non poterit dici fur, qui auxilium præstat furto; nec percussor, qui præstat opem percussori, nec homicida, qui præstat opem homicidio, neque emisit ictum scoppettæ, qui auxilium præstitit, & ideo videtur dicendum quod Potestas ista personalis loquens de forascitis, non extendatur ad auxiliatores, quia auxiliatores non possunt dici forasciti.
3 † Sed prædictis non obstantibus dico, quòd ista potestas comprehendit quoque auxilia-

tores, & quod superius allegata procedunt regulariter in omnibus auxiliatoribus, preterquam in auxiliatoribus forasscitorum, & hoc probatur per tria iura: quæ cauillari non possunt. Primum est in.l.1.ff.de recep. vbi loquens de receptatoribus dicit, quod perinde puniantur, atque latrones. Secundum est in. l. 3. §. non tantum autem qui rapuit.ff.de incen rui naufra vbi illa lex loquens de agressoribus in mare comprehendit quoque receptatores ipsorum, & dat rationem, quia receptatores non minus delinquunt quam aggressores. Tertium ius est in l.1.C.de his qui latro. vbi occultantes, & sociantes cum reis pari pœna puniuntur, possem allegare alia iura, sed quia idem disponunt, sufficiant ista tria, & si cætera videre cupis; vide glo.in ver.quam aggressores dictæ.l.tertiæ, & glo.2.in dicta.l.1.C.quæ allegant alia iura concordan
4 tia. † Restat modo respondere duabus tacitis obiectionibus, Prima, quod dict.ll.non possunt allegari ad decisionem causarum, & quæstionum, quia habent varios intellectus, Bar.in.l.in ambiguis.ff.de reb.dub.& Fely.in cap. primo in fin.de constitu. & quod multipliciter intelligitur, eius veritas ignoratur.Bal.in l.data opera. 10. col.C. qui.accusa.non poss. nam respondeo, quod aut quærimus si auxiliatores puniuntur eadem pœna, qua & rei principales, & tunc verum est, quod illæ leges habent varios intellectus, de quibus per Mars.cons.53. num. 26. & 27.& quoad istum effectum non allegaui dict.ll. quia nō intendo nunc tractare si auxiliatores puniantur eadem pœna, nam de hoc tractabimus sub Prædicamento Pati aut quærimus si dict.ll.comprehendant quoad alios effectus, vt puta quoad modum procedendi, & similes auxiliatores, & tunc Docto. communiter tenent quod comprehenduntur, quia licet non sint sub eadem pœna sunt tamen sub eadem, l.ad notata in l.is qui opem præcipuè per Bar.ff.de fur.& quoad istum effectum dict.ll.non habent varios intellectus, nam omnes eas intelligunt, vt

com-

comprehendant auxiliatores, sed de pœna solummodo dubitant, & si dices qui nam sunt isti effectus, qui vltra pœnam possunt descendere ex ead.l.dico quod possunt esse plures, nam si sunt sub eadem.l. ille qui vigore illius legis erit Iudex delinquentis principalis, erit quoque iudex auxiliatorum, licet diuersis pœnis illos punire debeat & ideo si auxiliatores fuerunt conuenti coram vno iudice, & principales coram alio; iudex delinquentium principalium potest petere remissionem causarum auxiliatorum; ita singulariter dixit Bald.in cap.1.col.fin. de contro.apud par.Ias.in l.nulli col.2.vers.3.dicuntur. C.de iudi.Calefa.inter consi.crimina. consil. 105. lib. 6. cum sequen.vol.1.qui in statutis loquitur, alius effectus vltra nonnullos alios, quos breuitati consulens omitto, potest considerari circa modum procedendi, ecce Inquisitor hæreticæ prauitatis certo modo potest procedere contra hæreticos, & quia auxiliatores sunt sub eadem potestate, eodem modo, licet non eadem pœna poterit procedere contra eos, vt consuluit Oldra.consi 36.num. 1.fic, & Præses, qui potest procedere ad modum belli cõtra forascitos, poterit eodem modo procedere contra auxiliatores, quia sub ead.l. sunt: sed an eadem pœna, dicemus infra. Secunda obiectio poterat esse quod allegatæ tres.ll.non loquuntur nisi de receptatore, & non de alijs auxiliatoribus, dico quod.l.1.C.loquitur de omnibus videlicet de occultatoribus, de sotijs, & de receptatoribus, immò l. 2. illius tit. loquitur de alijs auxiliatoribus; præterea ex quo militat eadem ratio in alijs auxiliatoribus, quæ in receptatoribus, idem ius constituendum est. arg.l.illud. ff.ad.l.Aquil.cum concor.ibi in glo.allegatis. Ex prædictis igitur apparet quod potestas ista ex quo loquitur in latronibus, seu forascitis extenditur ad auxilia-
5 tores. † Secundo dico, quod istam opinionem meo quidem iudicio firmat, Marsi in cons.53.nu.26. & 27. quem sequitur, & alios refert Cass. in Consuet Burgun.rub.1.§.

5.nu.12.nam dubitarunt:an receptatores,& auxiliatores puniantur eadem pœna : qua & principalis? & concludunt,quod non,& ad l.1.ff & C.de recepta.ac ad.l.3.ff. de incedrui.naufr. respondent quod casus specialis est in auxiliatoribus latronum, & sic volunt isti quod illæ. ll. quæ loquuntur de latronibus extendantur ad eorum auxiliatores, & quod non sic esset in auxiliatoribus aliorum delinquentium, & dant rationem diuersitatis, quia isti auxiliantur personis:quæ semper sunt paratæ ad delinquendum, & ideo grassantur per Campaneam, non sic est in auxiliatoribus aliorum delinquentium particularium: qui patrato illo delicto conquiescunt, ego addo aliam rationem, & dico quod est speciale hoc propter enormitatem criminis latrocinij, propter quod multa specialia induxit.l.& centum ego enumerabo sub Prædicamento Pati. & quando delictum est enorme.l. extenditur etiam ad auxiliatores, prout in casu hæresiæ dixit
6 Old.in citato consi. & nunc subijciam alios. † Tertia isti forasciti turbatores pacis publicæ dicuntur. vt ibi (*come perturbatori della quiete,&c.*)& probauimus in 1.q. Prædic.qualit.& statutum loquens de turbatoribus pacis:extenditur ad eius auxiliatores,addi.ad Spec.in ver.portauerat in fin.de tregu.& pac.quam refert,& sequitur Marsi. in praxi crimi.§.constante nu.67.& 76.Montel. in prax. arbitr.par.4.num.891.addi.ad Bar.in l.is,qui opem in
7 litera.b circa medium ff.de fur.ergo &c.† Quarta isti forasciti sunt inimici proditores Regis,ac rebelles, & rei læsæ Maiestatis,diximus in dicta q.sub Prædicamento qualitatis, & statutũ loquens de istis extenditur etiã ad eius auxiliatores Ang.in l.1.per illum tex.ff.ad l.Iuli. Maiest. Bar.in tract.ad repri.vers.tangit,& Anto.de Nigris in c.
8 Regni apud Tranum num 38 ergo &c.† Quinta non potest negari:quin causæ istorum auxiliatorum sint vel dependentes,aut emergentes à causis principalibus:per ea, quæ voluit Bar.in dicto ver.tangit,& in ver.summarie

cum

eum allega.per Menoch.de arbitr.l.1.q. 45. sed iudex in causa principali potest etiam de istis cognoscere Affli.in consti. pœnam eorum num. 15. ver. Sexto iura volunt Maran.in distinct 6. num.22 & Nos latius dicemus in
9 sequen. q. ergo &c. † Sexta Princeps concessit Præsidibus Prouintiarum Potestatem procedendi ad modum belli ad extirpationem forascitorum, vt ibi, *poiche extirpati, &c.* ergo censetur concessisse omnia illa, fine quibus foraiciti extirpari non possunt.l.2.vbi omnes notant ff.de iurisdict.omn.iud.sed absque auxiliatoribus forasci
10 ti diu latere non possunt l.1.ff.de recepta.ergo &c.† Septima, probat istam opinionem Bald.in cons.32. part.5. quod videtur factũ super ista q.dicit enim ibi, quod qui habet mandatum generale super guerra, habebit quoque super appendicibus mandatæ rei, siue sint propinquæ, siue remotæ, ac super omnibus, quæ tacitè veniunt sed Præses Prouintiæ vigore istius Potestatis habet generale & absolutum mandatum mouendi bellum contra istos forascitos; vt ibi (*possiate, & debbiate procedere ad modum belli, &c.*) ergo &c. ex prædictis enim apparet, quod licet dispositio pœnalis fauorabilis, si est personalis non extendatur ad auxiliatores, fallit in auxiliatoribus forascitorum, seu latronum per rationes & iura supra allegata, & ita obseruatur in praxi, & quid sit auxiliator, & quot sint species auxiliatorum, dicam in seq.q.

SVMMARIVM.

1 *Potestas militaris extenditur ad incidentia, emergentia, dependentia, & connexa.*
2 *Declaratur quoque quænam sint incidentia.*
3 *Auxilium in delictis potest considerari duobus modis, respectu actus determinati, & indeterminati.*
4 *Differunt prædicti duo modi auxiliandi.*
5 *Quot modis auxilium præstatur, & succurreretur malefactoribus.*

1 SECVNDO quæro, an poteſtas iſta procedendi, Ad modum belli contra foraſcitos habeat locum in Incidentibus, Emergentibus, Dependentibus. & Connexis? & dico quod ſic Bar. in tracta. ad reprimen. ver. ſummarie num. 20 cum ſequen. Iaſ. in l. 2. num. 5. in fin. C. de edict. diui. Adria. tollen. Maran. in diſtinct. 6. nu 21. Vrſi. in Affli. deciſ. 217. Affli. in conſti. pœnam eorum nu. 15. Plot. in l. ſi quando. C. vnde vi nu. 153. cotes per Menoc. de arbitr. lib. 1. q. 45 num. 1. & 9. & quod iſta ſit veritas in Emergentibus, dixit Blanc. in tracta. de compro. q. 4. nu. 21. ver. in contrarium veritas eſt, & de Incidentibus eſt doctrina Bart. in l. ſolent. num. 16. & ibi bona addi. ff. de alimen. & ciba. lega. Lanfr. deciſ 29. Centur. 1. De Dependentibus Canoni. in clem. diſpendioſam de iudi. de Emergentibus loquitur Bar. in dicto ver. ſummarie num. 20. & de Connexis docto. præcipuè Iaſ. in l. nulli C. de iudi. & ratio poterit eſſe ne diuidatur continentia cauſæ, vt in dict. l. nulli, vel ratione identitatis ſubiecti, &
2 materiæ. l. 1. & 2. ff. de quibus re. ad eund. iud. † Sed ne ſuper incognitis procedamus, ſciendum erit, quæ ſint Incidentia, Emergentia, Dependentia, & Connexa, ſuper quibus variæ fuerunt opiniones Doctorum: quas refert Menoch. in loco præallega. ſed communis reſolutio eſt, quod Incidentia ſunt illa, quæ habent cauſam vetuſtiorem reſpicientem merita negocij principalis: non cauſæ proceſſus, prout ſunt omnes exceptiones, peremptoriæ, rei iudicatæ, iuſiurandi, præſcriptiones, & ſimiles, Doct. in l. 1. ff de ord. iud. & l. quod iuſſit. ff. de re iud. in ter. Iodo. in prax ciui. cap. 134. in fin. Lancellot. in ſuo breui. lib. 1. cap. 9. tit. de Inciden. & rectè per Papien. in forma exceptionis contra poſitiones, ver. petens. Emergentia verò dicuntur: quæ habent originem nouam poſt iudicium inchoatum reſpicientia proceſſum: vt puta inhabilitas teſtium, dilatio breuis, ſuſpitio commiſſarij vt per Lancillot, Iodo. & Papien. in citatis locis, Dependentia ſunt:

quæ

quæ quoquo modo negocium principale tangunt, & ab eo originem trahunt, vt sunt omnia præparatoria ad præparatum, Dec.in rub.C. de eden.in rub.extra de iud. & in c.super literis col.13.de rescrip.probat Menoch. in loco præallega.num.6.Connexa dicuntur,quæ ad determinationem alterius veniunt,& vnum pendet ab altero vt antecedens, & consequens, exemplum erit in mandante,& mandatario Aret.consi.29.num 20.cum allega. per Menoch.de arbitr.lib.2.cas.95. & quia super hoc nõ
3 habeo difficultatem,sufficiant prædicta. † Restat modo vt videamus,quid sit auxiliator, & quot sint eius species vt in præcedenti.q.promisimus, & inuestigatio ista vtilis erit,quia cum supra conclusum fuerit, Potestatem istam extendi ad auxiliatores: ratione dubitari poterat, quinam essent isti auxiliatores, & dico, quód auxilium est verbum generale, & potest considerari duobus modis, aut respectu cuiusdam actus, & delicti determinati, vt puta in auxiliatore hómicidæ, incendiarij, & similium, aut respectu actus indeterminati,vt puta in auxiliatoribus forascitorum,hæreticorum, & similium qui non auxiliantur ad certum, & determinatum delictum. Istam magistralem distin. ponit Bart.in l. in furti: §. ope num. 1.ff de fur.& Papien.in for.inquisit.ver.opem num. 3. & est clarior,& melior distinct. quæ posset dari in materia
4 auxiliatorum, † Et isti duo modi auxiliandi differunt inter se,quia si præstatur auxilium in actu indeterminato, prout est,quando auxiliatur forascitis, semper est punibile,& tempus poterit grauare,& mitigare pœnam;si verò præstatur in actu determinato, vt puta ad homicidiũ committendum,& tunc non semper erit punibile, vt puta si delictum non fuerit sequutum,nec deuentum ad actum proximum,& ratio diuersitatis esse potest, quia primi auxiliantur delinquentibus,qui semper sunt parati ad delinquendum, vt sunt forasciti, Cæteri verò auxiliantur nitentibus ad malum; vt in simili dixerunt Marc

si.in

fi.in consi.53.num.26. & 27. Cassa. in consuet. Burgun.
5 rubr.1.§.5.num.12. † Auxiliari vero dicitur qualitercunque alicui succurratur. l.1.§.pœnas C.de raptu Virg, Lancel.in suo breu lib.1.c.9.tit.de auxili.in fi.Bar & Papien. in locis citatis,& succurri potest quatuor modis, societate consilio,defensione,& fauore glo. magna:quæ omnia ista declarat in clem.1.§.1. de pœnis, aut armis manu, voce & obiectu corporis.Bal.in d.l. dominus.ff.ad sylla. vel potest præstari auxilium quatuor alijs modis,Primo ad ipsum crimen ordinandum,Secundo in ipso actu criminis ad ipsum perpetrandum. Tertio post crimen ad ipsum continuandum.Quarto ad euadendum. Anto.colum.in controuer.crimina. arcti.82. Bart. vero in tract. ad reprimen.ver.tangit, dicit, quod auxilium præstatur aliquando per modum antecedentis: vt mandato, consilio, persuasione, aliquando per modum inhærentis illo tempore,quo delinquitur,vt cooperatione cum principali malefactore, vel si acclamationibus,verbis, dictisque coadiuuet,quandoque per modum consequentis, vt puta post delictum consumatum receptione, ne capiatur à Curia, vel si alio modo in fuga iuuat, & in effectu hanc eandem distinct. ponit Iodoc. in prax. crimi. cap. 133.idem Bart.in dict.l. in furti.§.ope num.2.& Papien. in loco citato num.6.Clar.in prax.crimi.q 90. & enumerare quibus modis præstetur, esset potius scholasticum, quam magistrale,quia modi auxiliandi, licet sint infiniti, de quibus per Marsi.in prax. crimina. §. constante num. 61.per Bart.& addi.mag.in dict.l is qui opem,& in dict. §.ope cum alijs remissiuè allega. per Bonacos.in suis qq. crimi.in ver. auxiliator, tamen omnes redducuntur sub. Primis quatuor modis positis per dictam glos. in clem. 1.de pœnis.

SVM-

SVMMARIVM.

1 *Potestas militaris quoad pœnam extenditur ad causas præteritas, & pendentes.*
2 *Potestas militaris quoad modum procedendi extenditur ad prædictas causas.*
3 *Potestas non extenditur ad decisa transacta soluta, & præscripta.*
4 *Piratæ comprehenduntur in Potestate, & assignantur quatuor rationes.*
5 *An Mare Adriaticum sit subiectum Præsidi.*
6 *In delictis maritimis seruatur consuetudo.*

TERTIO quæro an Potestas ista extendatur ad forascitos præteritos, & ad causas eorum pendentes tempore, quo fuit publicata potestas? ista. q. est dubia, & valde vtilis, & quotidiana, vt dicit Bart. in leg. omnes populi num. 39. ff. de iusti. & iur. Ego vero resolutè loquendo dico, quod aut quærimus an consti. ista extendatur ad prædictos quoad pœnam, aut quoad modum
1 procedendi, & præparandi iudicium. † Primo casu conclusio est, quod non extendatur nisi de ipsis forascitis præteritis, & causis pendentibus fuerit facta specialis mentio, tex. est, ad literam in c. fin. de consti. vbi Fely. ampliat quatuor modis, & limitat decem alijs modis probatur quoque in Consti. vt vniuersis & in nu. 33. not. Affi. Ant. de Nigris in c. adhoc vt nostrorum nu. 162. Ias. in l. non dubium C. de ll. num. 10. & rationes ponit Bald. in l.
2 omnes populi nu. 17. ff. de iusti. & iur. † Secundo casu extenditur ad præteritos forascitos, & causas pendentes. gl. fi. clemen. 2. de iudi. Bar. in d. l. omnes populi nu. 44. ver. quarto casu, Ias. in d. l. non dubium nu. 15 in fi. Bald. in l. Sancimus in fi. C. de sacrosan. eccl. Bar. in l. fi. §. fi. C. de iur calu. & licet nonnulli tenuerunt contrarium, tamen ista est

est communis opinio, de qua testatur Imol. in d.c. fin. de consti. quem refert & sequitur Felyn. ibidem num. 10 & ideo Præses poterit procedere ad Modum belli contra illos; qui de nouo inquiruntur, vel inquisiti reperiuntur, quod alias per Campaneam armauerint: sed eos punire non poterit pœna, quæ descendit ex ista Potestate, de qua in Prædicamento Pati; si delictum eam non mereatur, cum incessus simplex per Campaneam non importet nisi pœnam remigationis, & ita quotidie seruatur vt dixit Carau. in prag. 1. de exuli. num. 187. & secundum su pradictam dist. fuit sẽper practicatum per Gubernatores Prouin. Apru. per me. & alios Commis. Campaneæ. Ex prædictis apparet, quod prædictæ causæ sunt sub eadem l. militari, sed non sub eadem pœna, quæ deseruiunt his;
3 quæ diximus in præcedenti quæstione. † Et istum vltimũ Casum limita singulariter, vt non trahatur ad præterita, quæ sunt decisa sententia, aut transactione: siue solutione, vel præscriptione, Aret. consi. 104. in vlt col. cum allega. per Cassa. in consuet. Burgun. in concl. & approbatio in tex. entennuz & prædicta omnia perpetuo tene men
4 ti, quia quotidie accidunt, vt dixit Bart. in d.l. fin. † Vltimo pro complemento istius Prædicamenti notandum est, quod Potestas ista comprehendit etiam *Piratas*, l. 3. §. nec enim minus de incen. rui. naufr. Bar. per illum tex. in l. 1. in fin. C. de classi. lib. 11. & est c. Reg. prouisa iuris sanctio faciunt allega. per Corset. in suis sing. ver. Iurisdictio, & ratio potest esse multiplex, *Prima*, quia potestas data est Gubernatori. qui habet territorium, & per consequens Mare quod subijcitur suo territorio, nam Mare dicitur de districtu *Prouintiæ*: glo. in c. vbi periculum. §. porrò de elect. in 6. *Petr.* gerar. de pœ singul. 15. Franc. decis. 142. nu 6. & sicuti debet purgare *Prouintiam* malis hominibus in Terra ita & in Mare, Bar. ib. dem & Cepo. de seruit. rusti. prædio, cap 26. nu. 22. idem Bar. in tra. de insu. ver. nullius enim, Lucas de pænna in d.l. 1. Secunda

da ratio eſt quia ſicuti foraſciti prædones dicuntur, ita & Piratæ, Montel. in Prax. Arbitra. par. 6. nu. 59. Tertia, quia ſicuti foraſciti pro diffidatis, & hoſtibus publicis habentur, ſupra in q. 1. Prædi. Qualit. probauimus, ita & Piratæ, Bal. in authe. nauigia. C. de fur. Quarta ratio quia arbitrium conceſſum contra latrones extenditur contra Piratas, vt in dicto. c. prouiſa, nam iſti militant in Mari, ſicut catulus in ſyluis, Bald. in l. 1. in fin. C. qui bo. cede. poſ. & Graſſatores Maris dicuntur, vt in dict. aut. nauigia & ſunt tam odioſi Eccleſiæ, quod ter in anno ab ore ſummi Pontificis excommunicantur vt dicit Hoſtien. in ſumma de ſenten. & excom. & dicit eſſe verum Alber. in ſuo dict. in ver Piratæ, & ſicuti territorium Præſidis eſt finibus diſtinctum, ita, & Mare, quia iuriſdictio eius extenditur per centum milliaria intus Mare, & comprehendit Inſulas quoque, vltra vero dictum ſpatium, iuriſdictio eſt Imperatoris, Cæpol. in dict. cap. num. 14. & Bart. in d.
5 tract. † Sed quoad Mare Adriaticum, ſatis dubito, quia Venetorum eſt, & ad ipſos ſpectat, vt dicit Cæpol. in d. tract. num. 8. quod indebitè vſurparunt, prout dixit, Luc. de pen. in l. 1. C. de claſſi. lib. 11. in Regno Siciliæ vltra farum iuriſdictio iſta ſpectat ad magnum Admiratem
6 vigore ſuorum priuilegiorum. De iure vero, circa delicta maritima. obſeruanda eſt conſuetudo, vt in authen. de vſur. naut. Bald. in l. obſeruare. §. ante quam. ff. de offic. proconſu. Cæpol. in d. tract. cap. 26. num. 18. ver. ſed ſi oritur, & de offitio admirati tractatur in l. 2. C. de offic. præfect. Africæ: lat. per Frec. de ſubfe. lib. 1. tit. de offic. admir. Mar.

SVMMARIVM.

1 *Vbi locum deſignat.*
2 *Quæſtiones iſtius Predic. reſpiciunt locum.*

DE

De Predicamento vbi.

1 ISTVD Prædic.de per se manifestum est, & tam apud Phil.quam apud Iuris.locum designat Arist. in proprio cap.de Prædic.l.aut facta.§.locus ff de pœnis. leg. cum ij.§.in causa,& §. fin. ff. de transac. cum allega. per
2 Menoch.de arbitra.q.11.num.20.lib.1.† Et ideo ponam sub isto Prædic.tres quæst. respicientes locum, & paucis me expediam,quia non sunt multum fructuosæ.

1 Vbi residere debeat Præses.
2 Vbi persequi possit forascitos,
3 Vbi exequi debeat sententias eorum.

SVMMARIVM.

1 *Residentia Præsidis debet esse in loco suorum maiorum,*
2 *In Prouin.Apru. locus residentiæ, & syndicatus est in Ciu. Theatina ex priuilegio.*
3 *Præses ad persequendos malefactores potest discurrere prouintias,*
4 *Præses discessurus ex causa iusta an conuocare possit totã Audientiam.*
5 *Residentia debet esse vbi adest copia peritorum, & commoditas defensionis reorum.*
6 *Quanto tempore debet moram trahere in vno loco.*

PRIMO quæro vbi Præses residere debeat, & licet ista quæstio videatur inutilis: quatuor conclusioni-
1 bus eam vtilem reddam. † Prima Præses debet residere in loco suorum maiorum, & per consequens in loco vbi residet Regia Audientia pro explicandis causis ordinarijs,& hoc tam de iure communi, quam de iure Regni,de iur.comm.est tex. in l.ius pluribus ff.de iusti.& iur.

iur. vbi Iaſ. ponit hoc pro Regula, & limitat quatuor modis, de iure Regni eſt pragm. 7. de offic. Iuſti. & *Prorex* per literas Regias mandauit menſibus elapſis Gubernatoribus *Prouintiarum* ne diſcederent à loco Regiæ Audientiæ, etiam pro cauſa vrgenti, & neceſſaria abſque eius licentia in ſcriptis, & quod ſi ex cauſa infirmitatis vel alia cauſa eorum particulari diſceſſuri ſunt non exerceant Iuriſdictionem aliquam vſque ad reditum ſub pe-
2 na priuationis officij, vt in Cur. pri. Apru. fo. 209. † In *Prouin.* Apru. locus reſidentiæ eſt Ciuitas Theatina. quæ habet hoc in priuilegijs, & amplius, vt etiam, tempore ſyndicatus ibidem reſideant, & ita obſeruatur, & merito; quia in dict. Ciui. reſident nobiliores, & Principalio-
3 res *Prouin.* & adeſt copia Doctorum inſignium. † Secunda conc. pro perſequendis malefactoribus poteſt *Præſes* diſcurrere *Prouin.* & in quolibet loco ius reddere l. congruit ff. de offic. *Præſi.* Iaſ. in d. l. ius pluribus num. 2. & ibi Bald col. 2. *Probatur* quoque per iura Regni, nempè per conſti. iuſtitiarij non per Kalendas, & ibi not. Affl. in num 8. & in num. 13. dicit, quòd *Præſes* debet per ſeipſolum, & non per alium hoc facere: quia inquiſitio eſt meri imperij, & non poteſt demandari: ſed conſuetudine hoc ultimum non ſeruatur: nam quotidie *Præſides* delegant Auditores, & alios contra exules, & malefactores. Iſta conclusio probatur quoque per. c. Regni hac edictali, ubi notant Sebaſ. de Neap. & Anto. de Nigris & in c. item quia, & cap. vt ſtatus Reipu. §. item quia diſponitur, quod in diſcurſu *Præſides* poſſunt perambulare, ſtare, & commorari per terras Comitum, Baronum, & aliorum Magnatum ad iuſtitiam miniſtrandam, vide Roma. ſingu. 146. Arno.
4 differen. 18. Affli. in conſti. Iudices num. 11 † Tertia concluſi *Præſes* iuſtis ex cauſis intendit accedere ad aliquẽ locum in quo oportebit facere reſidentiam, tunc pro cauſis ordinarijs expediendis debet tota Audientia ſimul cum eo accedere; vt dixit Anto. de Nigris. in dict.

cap.

cap.hac edictali in fin. subdens quod de hoc adest prag. Regis Phi. sed in Aud. Apru. hoc non fuit obseruatum, nam Præses cum vno ex Auditoribus etiam extra Audientiam: quocunque in loco expediebat causas ordinarias maximè in Ciuit. Lanciani tempore nundinarum: & ista consuetudo comprobatur per Cara. in ritu 53. num. 1. & 2. sed consuetudini obstant mentionatæ litteræ Regiæ: & dubitans Gubernator Prouintiarum Apru. si vigore illarum erat derogatum militari potestati, quæ mandat perquiri forascitos per Prouintias, multi dixerunt quod sic, & ideo de Ciuit. Terami redijt ad Regiam Audientiam, quæ residet in Ciuitate Theatina, ego vero fui in contrario voto, tum quia non erat specialiter derogatum Potestati, tum etiam, quia literæ loquuntur de causis ordinarijs, non autem de causis Campaneæ, quare consulto de hoc Prorege rescripsit, quod prædictæ literæ intelliguntur quoad negocia tractanda in Tribunali cum voto omnium Auditorum, non autem pro causis, & negocijs forascitorum, vt in Car. 1. Apru. fol. 102. & alias dicemus si possit Præses facere aliquas prouisiones extra
5 Audientiam super negocijs Tribunalis. † Quarta conclusio licet Præses ex prædictis, & vigore Potestatis possit residere, vbi sibi videbitur, ibi (*doue & quando li parera &c.*) iunctis illis verbis (*per le Prouintie*) tamen debet residere in loco, vbi copia peritorum, & commoditas eorum reperiuntur, quæ in causis agentis forascitorum necessaria sunt cap. statuimus §. 1. Et ibi glo. de rescrip. in 6. & per Lap. alleg. 97. Ciuitas Fesolana per totam vt rei se defendere possent. alioquin grauarentur, per ea quæ notat Vant. in tracta. nullita. vers. de nullita. ex defectu iuris. delega. num. 97. & Docto. in cap. statui
6 mus lo. 2. de offic. deleg. in. 6. † Et vltra tres dies, vel quatuor ad plus non debent moram trahere in eodem loco, nisi necessitate vrgente, vt dixit Sebast. de Neap. in dict. cap. hac edictali in fin. Sed si grauarentur carce-

rati

rati per mutationem locorum, melius esset residere Affli.in const.causas alias, quam legit pro §. const. Iustitiarij non per Kalendas num. 8. nec curent eligere pinguiores, & meliores Ciuitates, sed studeant demandatum munus iustè, & integrè absoluere.

SVMMARIVM.

1 *Possunt conquiri exules vndecunque sint,*
2 *De iure canonico non possunt inquiri in Ecclesia.*
3 *De iure Regni in Prouintiã proximam per aliqua milliaria*
4 *In statu etiam Ecclesiæ possunt perquiri vsque ad decem milliaria vigore nouæ capitulationis.*

1 SECVNDO quæro vbi possunt conquiri, & capi forasciti: ad quod respondet Potestas: vbi præsidi videbitur, in illis verbis (*doue è quando vi parerà, &c.*) & nota circa istam quæstionem quinque Iura, Primum est ius potestatis militaris vt supra. Secundum est ius commune quo idem disponitur vt in l. congruit. ff. de offic. Præsi. iuncta glos. in ver. malis hominibus: quæ addit vndecunque sint, sed hoc intellige in loco sibi subiecto, per tex. in l. 3. ff. eo. tit. & adest pragm. 1: de citatio: & ideo possunt perquiri in domo aliena, seu in possessionibus: quæ sunt in Prouintia sub iurisdictione Præsidis inuito domino l. 2. C. de his, qui latro. firmat Foller. in prax. crimina. ver. nota cap. de perso: num. 9. dummodo Dominus non patiatur damnum. l. venditor in fin. ff. commu. prædio. l. fluminum. §. fin. cum allega. in glos. ff. de dam. infect. & hoc est permissum ratione publicæ vtilitatis, regulariter vero non est licitum in alieno quærere inuito domino, & quærens tenetur actione iniuriarum. l. quosdam vbi glo. not. & adducit concordantia. C. de metall. lib. 11. & illud est, Secundum ius circa capturam delinquentium
2 † Tertium ius est ius canonicum: quo iure non possunt

inquiri in Ecclesia,nec persequi intra quadraginta passus ab Ecclesia maiori,& triginta ab alijs. cap. sicut antiquitas 17.q.4.Bart.in §.neque in authen. de man. Princi. in fin.Old.consi.55.vbi etiam ponit qualiter computentur isti passus l.2.vbi Cyn. & Cæteri. C. de his: qui ad eccl. confug.& ideo neque in claustro,nec in hostio, nec in cimiterio capi poterunt,Bar.in l.præsenti:C.eo.cap quisquis 17.q.4.Io.And. in Specu. de immuni. eccl. Lancel. in breuia.§.3.lib.1.cap 9. tit.de capt.num.6. sed licentia petita ab Episc. vel eius Vicario possunt inquiri vt in c. Princeps vbi glo.23.q.5.§. neque in auth. de man. Prin. quod intelligit Montel.in 3.litera arbitrali incip.prouisa iuris in 2.q.principali num.19. vt petatur licentia, & ea petita licet non obtempta licitum sit perquirere,& dum sic processisset Regia Audientia Aprutij in Ecclesia sancti Dominici Ciuitatis Theat. contra quosdam delinquẽtes de Terra Colonnellæ fuit commendatum à Prorege per liter.Cancell.vltimo Decembris 1584. vt in 1. Aprutij fol.58.Sed captus extra Ecclesiam fugiens in eam extrahi poterit.§.sed neque in authen. de man. Prin. cum allega.per Marsil. in tracta.de bannitis vers. capti num.
3 57.† Quartum ius est ius Regni in cap.diu,vbi permittitur Iustitiarijs Principatus posse perquirere huiusmodi transfugas in alterius Iustitiariatus Prouintiam proximam per spatium milliarum quindecim, & in pragm. 4.de exul.datur licentia intrandi Prouintiam proximam per spatium milliar.viginti,& hoc est contra ius commune:quo iure non erat licitum ingredi alterius Prouintiam secundum communem opinionem de qua testatur Cara.in dict.prag.num.11.vide Arn.differ.77 & licet cap. diu,videatur locale,nempè in Prouintia Principatus, tamen fuit semper interpretatum, vt habeat locum in omnibus iustitiarijs,vt dixit Sebastia.de Neap.ibi Paris de syndica.in ver.captura.cap.4.num.3. in fin. & ita seruat
4 consuetudo Cara.in dict.prag. num. 12. † Quintum ius

est,

est, Capitulatio vltimo loco facta inter Papam, & Proregem contra forascitos publicata 16. Augusti, 1585. vt in Cur.3.fol.283 vbi permittitur, quod ministri, & officiales Proregis possint huiusmodi delinquentes intra fines, & territorium status Ecclesiæ per spatium decem milliarium in villis, & Casalibus, ac Terris: quæ tamen muris careant capere, & captos secū liberè, & licitè adducere & è contra illud met permittitur officialibus summi Pontif. & vigore dictæ Capitulationis permittitur captura etiam in Ecclesijs, monasterijs, & cellis existentibus tam in Regno, quam in dictione temporali Ecclesiæ, ex quibus apparet, quod Captura istorum est permissa, tam in Prouintia, quam extra, tam in Prouintijs subiectis Regi, quàm Ecclesiæ, & tam in loco profano, quam in sacro, intelligendo vt supra.

S V M M A R I V M.

1 *Sententia exulum exequitur vbi grassati sunt.*
2 *De consuetudine exequitur in loco residentiæ,*
3 *Non potest fieri exequutio in loco exempto,*
4 *Per timorem consanguineorum potest fieri exequutio sententiæ in carceribus.*
5 *Etiam in loco occulto ne infamentur Consanguinei,*
6 *In itinere à ministro ex causa,*
7 *Potest fieri exequutio vbi Præsidi videbitur.*

TERTIO quæro vbi exequi debet sententia condemnatoria ad mortem contra istos forascitos?
1 ista q. licet sit quotidiana, est tamen clara. † Et regula est quod sententia debet exequi in loco vbi grassati sunt l. Capitalium § fin. ff. de pœnis vbi duæ dantur rationes, Prima vt conspectu deterreantur alij ab ijsdem facinorosibus, secunda vt solatio sit cognatis, & affinibus interemptorum, eodem loco pœna reddita in quo latrones

homicidia fecissent sed ista regula patitur plures limitationes.
2 † Prima est vt non procedat de consuetudine quæ permittit posse exequi sententias capitales in loco vbi residet Regia Audientia, vel iudex, qui condemnauit, vt quotidie videmus cum ratione, quia cum currant in dicto loco maiores Prouintiæ & vt plurimum resideant ibi, exemplo opus est l aut facta §.fin. ff. de pœnis: quod intellige parte accusante non contradicente, alioquin remittendus esset ad locum delicti, vt exequeretur sententia, per tex. in l. 1. C. ad. l. Iul. repetun. & petente Baronissa Fonticulorum quendam Antonium de Gratiano damnatum ad mortem propter homicidium commissum in personam Don Hernandi de figueroa eius filij subijci martirio in eadem terra vbi commisit homicidium, fuit dubitatum an Regia Audientia esset obligata & me referente fuit determinatum quod sic per d. l. 1. & quod consuetudo habeat locum parte non petente ad nota. in. l. vniuersa. C. de præci. Imper. offeren.
3 & in l. 1. vbi de crimi. agi opor. † Secundò limitatur vt non procedat in loco exempto vt puta in Ecclesia, seu in spatio quadrag vel triginta passuum secundum distinctionem, præcedentis quæstionis, vel in alio loco Præsidi non subiecto; quia in dictis locis non potest exerceri iurisdictio. c. 1. & ibi not. omnes, & c. cum Ecclesia extra de immun. Ecclef. Ant. de Nigris in c. item statuimus
4 quod domus &c. nu. 10. † Tertio nisi timeret de potentia consanguineorum iudex, nam tunc potest exequi sen
5 tentiam in carceribus, vt infra dicemus. † Quarto, quia potest exequi in aliquo loco occulto, ne infamentur consanguinei eius nobiles, vt dixit Foller. in prax. crim.
6 ver. pœnis debitis puniantur. † Quinto potest Præses dare licentiam ministro, quod si dum ducit ad supplicium reum, timet ne ei auferatur: gladio ipsum interficiat in itinere: sed sine licentia non posset minister hoc facere, & fuit dictum originale Bart. de Capua per tex. in l. ita

vulne-

vulneratus ver. igitur. ff. ad. l. aquil. quem refert, & sequitur Paris de synd. in ver. appellatio c. 1. nu. 11. Bal. in l. ad
7 dictos nu. 3. C. de Episc. Aud. † Sexto fallit vigore Potestatis militaris, quæ permittit exequi sententias, vbi Præsidi videbitur, per illa verba, *doue è quando vi parera*, & hucusque in Ciuitate Theatina fuerunt exequutę cen. um viginti sententiæ condemnatoriæ ad mortem contra forascitos in solo anno.

SVMMARIVM.

1 *Quando, tempus & adiacentia illius demonstrat,*
2 *Exempla istius Prædic. remissiuè.*

De Prædic. Quando.

1 QVANDO, tempus demostrat, & adiacentia temporis l. aut facta §. tempus. ff. de pœnis. Bal. in l. voluntatis. C. de fideic. & Menoc. de arbitr. lib. 1. q. 11. num. 21.
2 † Et exempla temporis ponit idem Menoch. lib. 2. cap. 1. cum sequen. & idcirco ponam hic tres quæstiones respicientes tempus.

1 Quando possit Præses procedere ad modum belli & militari modo,
2 An diebus feriatis,
3 An sententia capitalis statim exequutioni demandanda sit.

SVMMARIVM.

1 *Tempore pugnæ, & persecutionis potest procedi ad modum belli,*
2 *Tempore tentorij potest procedi militari modo,*
2 *In isto iudicio seruantur solemnitates iur. gent. & rei-*

ciuntur solemnitates iur. ciuil.

4 *Solemnitates aliæ sunt ordinatoriæ, aliæ probatoriæ, aliæ decisoriæ.*

5 *Possunt remitti acta ordinatoria, & declaratur,*

6 *Potestas reicit solemnitates requisitas in actis probatorijs,*

7 *Solemnitates requisitæ in actis decisorijs reiciuntur.*

PRIMO quæro, quando possit Præses procedere Ad Modum belli, & Militari Modo: & pro resolutione istius quæstionis ponam quinque conclusiones: quarum duo respiciunt tempus: tres aliæ solemnitates temporis.
1 † Prima est Præses potest procedere Ad modum belli contra forascites tempore pugnæ, idest eo tempore, quo est in actu persequendi, contra captos in persecutione, vt probauimus in Prædic. subs. q 2. & dicemus etiam
2 in 1. spec. vbi cadit melius ista conclusio † Secunda Præses tempore tentorij non ad modum belli, sed Militari modo procedere debet: & dicitur tempore tentorij: tempus residentiæ, & donec non est in actu persequendi, vt declarauimus supra in Prædic Vbi, & posuimus differentias inter istos modos procedendi, & dicemus infra in 2. spec sed si dicta verba ad modum belli, & militari modo, &c. intelligantur ciuiliter prout diximus posse intelli
3 gi eo. in loco, tunc absque temporum distinctione. † Conclusio erit quod Præses poterit procedere ad modũ belli, & Militari modo omni tempore obseruatis solemnitatibus iur. gent. & omissis solemnitatibus iu. ciuil. glo. & Doct. in l. fin. C. si contra ius vel vtili. pub. Bar. in tract. ad reprimendum in ver. videbitur num. 8. & in l. filius familias num. 4. ff. de dona. cum alijs allega. supra in quæst. 3. sub Prædic. subs. vbi posuimus solemnitates iur. gent. & hic ponam solemnitates iu. ciuil. vt sciamus an sit simpliciter verum, quod possint omitti in isto iudicio militari.
4 † Et quia istarum solemnitatum aliæ sunt ordinariæ iudicij, aliæ probatoriæ, & aliæ decisoriæ, Bart. in l. 2. num.

4. ff.

4. ff iud. sol. & in l. 2. num. 12. C. de Eden. Abb. Felyn. & cæteri in cap. causam quæ de testib. & ista est communis distinctio teste Maran. in suo spec. in 10. actu iudiciorum num. 7 idcirco super singulis ponam conclusionem.
5 nem. ✝ Tertia, conclusio. Præses vigore istius potestatis potest omittere ordinatoria iudicij, vt supra diximus; & ideo licet litis contestatio sit de substantia ordinis iudicij, quia est tanquam lapis angularis, ac fundamentum ipsius, qua deficiente nihil supra ædificari potest, Bald. in l. 1. C. de lit's contest. Doct. in authen. offeratur. C. eod. cum allega. per Affli. decis. 283. num. 3. tamen in isto iudicio non est necessaria, quia est solemnitas iur. ciuil. & iudicium est summarium & arbitrarium Bar. in d. tract. ad reprimen. ver. & figura num. 10. Aret. in § in bonefidei num. 9. institu. de act. Affli. in d. decis. & facit. c. Regni de testantes. Item licet publicatio necessaria sit parte petente vt dixit glo. sing. in ver. iudicijs, cap. fin. de hæret. in 6. cum alleg. per Vant. in tract. nullit. ex defectu proces. num. 40. tamen in isto iudic. non erit necessaria, Bald. in l. data opera num. 16. C qui accusa. non pos. Foller. in prax. crim. ver. publicatio in fin. & ex adductis per Montel. de arbitr. lib. 1. q. 3 ; ista videtur communis opinio contra Bart. in dict. ver. & figura num. 4. cui satisfacit Menoch. eo in loco num 5. sed Amed. de sind. num. 145. qui allegat Bald. in l. milites. C. de testa. milit. & alios dicit, quod copia defensionis danda est, & parte petente ita seruatur. Item licet repulsa testium, & probatorum concedenda sit, vt dixit Bart. in tract. ad reprim. in ver. & figura: quia respicit defensionem, quæ iur. natur. est Clem. sæpe in §. non sic. & ibi glo. de verb. signifi. Affli. decis. 351. num. 3 & 9. Menoch. de arbitr. lib. 1. q. 32. tamen in iudicio militari denegari possunt, secundum distinctionem quam nunc subijciam, sed alia ratione, quam Docto. afferunt, nam ipsi limitant, vt possit denegari repulsa. Primo si petitur per calumniam vt in ca-

su decis. Affli. Secundo limitant in causis summarijs Abb. & Fely. in c. veniens. 2. de testi. Capi. decis. 55. num. 3. & quia ista limit. intelligitur in illo iudicio summario, quod post se expectat plenarium, in quo cum possint reparari damna illata in primo iudicio summario nimirum si in eo denegatur repulsa Affli. in d. decis. nu. 4. cum duobus sequen. Menoch. in dict. casu nu. 11. vide Aret. in dict. c. veniens, & exemplum erit quando tractatur de legitimatione personæ, vel in iudicio attentatorum, & iudicium militare, licet sit summarium, tamen non expectat aliud iudicium post se, ergo non potest adaptari in ista limit. Tertio limit. in crimine lesæ Maiestatis, per doctrinam Bar. in l. famosi & in l. in quæst. ff. de adult. Maran. in suo spec. in actu 13. num. 17. quare idem dicendum esset contra istos forascitos: qui etiam rebelles, & rei lesæ Maiestatis sunt, vt probauimus in q. 1. sub Præd. Qualit. sed hoc non placet, quia limit. habet locum in proprio crimine lesæ Maiestatis, vt sentit idem Bar. in d. ll & est doct. Bar. in. l. ita vulneratus Ver. item nota quod verba legis ff ad l. Aquil. cum allega. per Foll. in declarat. Indul. Card. Pacec. col. 6. & ex quo isti forasciti principaliter, & de directo non offendunt personam Principis, sed in consequentiam, cum renuant subijci legibus ipsius, ergo non committunt propriè crimen lesæ Maiestatis, Bald. in l. 1. circa fin. C. de priua. carce. & ideo ista limit. non probat, & sic non esset deneganda repulsa per rationes adductas per Docto. in limit. prædictis nisi quando calumniosè peteretur. mihi autem videtur, quod rectè distingui possit, quod aut defectus, qui opponuntur contra testes, & probationes sunt defectus iur. ciuil. vt puta, quod testes sint infames: criminosi, & similes, & tunc denegari potest repulsa, quia potestas ista tollit istas solemnitates, & defectus iur. ciuil. vt diximus supra sub conclus. 2. aut verò defectus, qui opponuntur sunt defectus iur. gent. seu naturalis rationis, idest, quod d. ius. gent. & naturalis ratio

tio habeat illos pro defectibus; vt erit inimicitia capitalis, defectus rationis: quia est furiosus: vel impubes, & tūc denegari non potest repulsa: quia potestas non tollit ea quæ iur. gent. sunt, vt supra diximus, & istam distinct. virtualiter ponit Bar. in l. filiusfamilias num. 6. ff. de donat. & meo quidem iudicio quietat intellectum, & in practica in iudicio militari conceditur repulsa in isto casu, sed in
6 eodem termino defensorio. † Quarta. *Præses* licet non possit probationes reijcere, quia iur. gent. sunt Bald. in l. 1. in fi. ff. de euict. Amed. de synd. num. 14. de communi Vant. in trac. null: ver. de nullit. ex defect. proces. nu. 37. tamen solemnitates iur. ciuil. quæ requirūtur in actis probatorijs reijcere poterit, vt dicunt d. DD. & Deci. in cōs. 55. in fin. col. 2. Grauet. cons. 198. in fi. Aret. in §. planè nu 3. insti. de milit. test. & in §. in bonefidei nu. 9. de actio. & ideo sequitur, quod non tenetur repetere testes parte citata Foller. in terminis in praxi crimin. vers. & si confitebuntur in 3. part. num. 41. & 42. & in vers. repetantur testes in prin. Marsi. in l. 1. de quæst. nu. 7. iunct. 37. & Deci. in d. cons. 55. in fin. dictæ col. 2. vers. postremo, dicit quod licet testes debeant recipi parte citata, tamē apud illos, qui procedunt de facto, & veritate inspecta, probatio illorum valet, hoc idem tenet Grauet. consi. eo. in fi. item probationibus persuasi vis, & minus concludentibus dispositione iuris positiui poterit vigore istius *Potestatis Præses* credere, Bald. in l. solam in fin. C. de testi. Menoch. de arbitr. lib. 1. q. 25. Item testes infames similiter recipere poterit, Bart. in d. l. filiusfamilias nu. 6. ff. de donat. Abb. in c. dilecti filij nu 6. de iud. & hoc etiam permittitur de iure communi, quia in criminibus exceptis, prout est crimen latrocinij. admittuntur testes infames siue sit infamia iuris, siue facti, Soci. in regu. 504. in 1. limit. Bar. in tra. de test. ver. infamis nu. 19 & ad præd. vide Menoch. eo. in lib. q. 27. regulariter vero testes infames infamia facti non admittuntur, nec in ciuilibus, nec in-

crimi-

criminalibus, Soci. in d. regula de infamibus iuris clarum est, quod non possunt recipi vllo pacto. l. 3. §. lege. ff de testi. Bar. in l. cunctos populos num. 12. & ibi Bald. C. de sum. trini & fide catho. sed hic aduertendum est ad duo Primum, quod si infamia descenderet ex iur gent. prout est seruitus, vel alia similis, tunc vigore potestatis non posset recipi testis tali infamia infamatus, quia est defectus iur. gent. & ita intelligo Bar. in d. l. filiusfamilias nu. 6. & ratio est illa, quam paulò antè diximus; quia Præses non potest reijcere defectus iur. gent. Secundo aduerte, quod in illis casibus, in quibus infames admittuntur de iure communi cum tortura, deponere debent secundum communem opinionem de qua testatur Clar. in prax. crimin. q. 24. vers. item infamis, &. q. 25. in prin. tamen vigore istius potestatis absque tortura creditur, quia tortura est solemnitas iur. ciuil. l. 1. & toto tit. ff de quæstio: quæ remissa est per istam potestatem: & ita seruatur in praxi, iuramentum vero testium necessarium est, quia est solemnitas iur. gent. vt diximus sub Præd. subst. q. 3. †
7 Quinta solemnitates iu. ciu. necessariæ in actis decisorijs, vt in sententia, sunt remissæ per istam potestatem per supra allegata & ideo licet de iur. ciuil. sententia esset proferenda in scriptis l. 1. & 2. C. de sent. ex peri. recitan. tamen absque scriptura potest proferri in iudicio militari vigore liberi arbitrij, Bart. in tracta. ad reprimendum versi. & fig. num 21. late per Menoch. de Arbitr. lib. 1. q. 60. qui dicit istam esse veriorem opinionem item licet proferenda sit in loco solito, & hora solita causarum. l. 5. C. quomo & quando iudex, & cap. consuluit de offic. de leg. vbi omnes notant, tamen vigore istius arbitrij quocunque in loco, & in qualibet hora sententia proferri potest. Bald. in l. eos § fin. item in fin. C. de appel. Maran de sent. num. 82 cum allega. per Menoch. in dict. q. 62. & in q. 64. eod. lib. & in isto tribunali ita semper obseruatum fuit. Et idem dicas de alijs solemnitatibus iur.

ciuil.

ciuil. quæ requiruntur in actis decisorijs, constat igitur ex breuiter recitatis, quæ solemnitates remissæ sunt per istam Potestatem.

SVMMARIVM.

1 *De iure communi diebus feriatis non possunt fieri acta.*
2 *Contra publicos latrones potest procedi diebus feriatis,*
3 *Omni tempore bellari potest.*

1 SECVNDO quæro an diebus feriatis in honorem Dei possit procedi ad modum belli, & dico, quod licet de iure communi non possit procedi ad aliquem actum d. in diebus. l. fin. C. de ferijs. cap. 1. extra eo. nec exequutio sententiæ sanguinis fieri poterit, Boer. decis. 259. num. 8. quod declarat Guid. Papa q. 215. per totam.
2 † Tamen contra exules, publicosque latrones modo prædicto procedi poterit l. Prouintiarum. C. de ferijs. L. 3. C. de Episc. & Cler. Bald. Alex. & cæteri in l. milites. C. de test. milit. Aret. cons. 92. Bald. in d. l. 3. num. 3 & in l. fin. C. de exhiben. reis Bart. in tracta. de carcere num. 12. & in l. filius familias num. 5 ff. de donat. Ias. & Alex. in l. Diuus Traianus ff. de Ferijs Boer. in d. decis. num. 8 cap. Regni incip. prouisa iuris sanctio & ita obseruari in Italia testatur Brun. in tract. de indi. & tortu q. 5. 2. part. num. 52. & seruatur de facto Marc. decis. 419 num. 2. quia beati erunt qui diligunt iustitiam, & iustitiam faciunt in omni tempore, vt legitur in Psalmo, & refert Boer. in citato
3 loco. † Ratio autem istius limit. est quia omni tempore bellari potest, Ferret. de antiqui. instaura. tit. de iust. & iniust. bello nu. 54 alias limit ponit Maran. in suo spec. vers. actorum editio num. 6. quas referre potius esset laboriosum quam vtile.

SVMMARIVM.

1 *De iure communi executio sententiæ fit elapsis decem diebus,*
2 *Aliqui voluerunt quod statim possit fieri executio,*
3 *Vigore Potestatis statim potest fieri.*
4 *In tribus casibus non fit statim executio.*

1 TERTIO, † quæro An sententia capitalis statim executioni demandanda sit, & dico quod de iure communi non potest demandari executioni nisi elapsis decem diebus Bald in l. qui vltimo num. 5. ff. de pœnis, cum allega. ibi in apost. in lit. d. Abb in cap. 2. de re iudi. & ita omnes tenent Felyn. in cap. quærenti num. 3. de offi delega. & in ver. tamen tenenda est, testatur de com
2 muni. † Quidam vero voluerunt, quod sententia criminalis statim mittenda est executioni, glo in d. c. quærenti, & moderni ibidem, & de hoc facit regulam Diaz in regu. 663. & ponit. 22. limitat. remissiuè, & Fely. in d. cap. ver. tertio dicunt, dicit, quod de consuetudine totus Mundus obseruat demandare executioni etiam intra decem dies. idem Guid. Pap. decis 74. in fin. licet ipse resi deat cum prima opinione & eam limitat multis modis.
3 † Quicquid sit, dico, quod vigore Potestatis militaris sta tim demandatur executioni sententia non expectato la psu decem dierum, nec alijs solemnitatibus obseruatis, vt in illis verbis, *vi ordenamo che per qualsiuoglia prouisione ò inbibitione, &c.* quæ verba cum denegent appellatio nem saltim quo ad effectum suspensiuum; important vt sententia statim exequutioni demandari possit. §. aliud & ibi Ange. in auten. vt sponsalitia largitas, Felyn. in dic. c. quærenti nu. 2. ver quarto fal. & ita semper obseruatum fuit, Ias. in l. debitoribus num. 9. ff. de re iudi. & quod de facto seruatur in enormibus delictis Marc. decis. 415. num.

4 num.2. † Sed in tribus casibus practicaui non demandare executioni sententiam capitalem statim. Primo quando post sententiam constitit mihi de innocentia condemnati, prout contingit in Ciuitate Licatæ in personá cuiusdam Maltensis in Regno Siciliæ, & licet esset præparatus locus martirij in quodam scopulo maritimo, tamen distuli executionem & consului Illust. & Excel. Marcum Antonium Columnam tunc Proregem illius Regni & dominum meum, & de innocentia, quæ mihi constitit post sententiam ipsum cercioraui & processum transmisi ad illam M. C. quæ tandem confirmauit meam sententiam: & casu contingente ita obseruent Commissarij, pro quo habent doctrinam Ias. in l. debitoribus num. 15 in fi. ff. de quæst. qui alleg. alios, & est tex. in l. 1. § fi. ff. de quæst. cum alijs allegatis per Carre. in pract. crimin. § 7. fol. mihi 246. nu. 52. Secundo casu si propter iracundiam seu iram, vel quia expediebat sic facere, ad sedandum tumultum publicum, vel ad terrendum alios in ingressu alicuius Ciuitatis, quem grauius corporaliter puniri quam ius disponeret mandatum fuisset, tunc supersedendum erit in executione, tex. est sing. in l. si vindicari. C. de pœnis, qui pingendus esset auro, vt dixit Ias. in d. l. debitoribus eo. num. Tertio casu si expediret fisco in executione supersedenda propter aliquam causam, vt possent fieri confrontationes cum alijs reis, vel si alios correos voluerit dare in manibus Curiæ, tunc mittendus erit cautè cũ famulis Curiæ, & ita ego obseruaui arg. eorum: quæ not. Ias. eo. in loco, & Felyn. in d. cap. num. 6. & nota quia possunt quotidie practicari, alios casus ponit Carre. §. 7. ver. circa itaque secundum per totum.

S V M M A R I V M.

1 *Prædicamentum istud significat statum.*

DE

De Prædicam. Situs.

1 PRædicamentum istud non indiget declaratione, cum de per se clarum sit, & tam apud nos quam apud Philos. sedere, stare, vel iacere significat, Aristo. cap. 1. de Prædicam. Bald. in l. voluntatis num. 7. C. de fideicomm. Menoch. de Arbitra, lib. 1. quæst. 11. num. 22. & ideo quæram.

1 An Præses debeat circumire Prouintias,
2 An possit alios destinare Ad persecutionem,
3 An possit cogere subditos.

SVMMARIVM.

1 *De iur. comm. non potest iudex circumire Prouintias, nisi ex causa.*
2 *Potestas mandat circumiri Prouintias,*
3 *Negligentia punitur in Præside,*
4 *Quando dicatur quis negligens remissiuè.*

PRIMO quæro an Præses stare, seu residere debeat vel circumire Prouintias; & licet in Prædic. Vbi, q. 1. fuerit dictum, in quo loco residere debeat tamen non
1 fuit firmatum, si residere debeat, vel circumire. † Dico, quod de iure communi nullus iudex potest circumire Prouintias etiã contra latrones nisi ex causa necessaria, tex. est ad literam in authen. vt nulli iudi. §. nulli vero glo. in l. congruit in ver. conquirat ff. de offic. Præsidis. nam licet in tex. fuisset dictum, quod Præses debet conquirere per Prouintias malos homines, exponit glos. verbum conquirat, idest conquiri faciat, & istam conclusionem firmat Ange. in dic. §. nulli addens per illum tex. quod procedit etiam si fuerit in contrarium consuetudo loci longeua,

geua,& glo. in ver.male allegat multa iura super hoc, & ideo dicebam quod literæ Regiæ mensibus elapsis Præsid.Prouin .intimatæ continentes in effectu ne discederent à loco residentiæ,de quibus diximus in dict.q.1. nō erant noui iuris introductiuæ, sed veteris declaratoriæ, & fuerunt necessariæ, quia consuetudine non obseruatur ius commune : & nota quia inuestigatio ista vtilis est nam,si erunt declaratoriæ antiqui iuris, extenduntur ad præterita, secus si inducerent nouum ius, nam tunc pro futuris, non autem pro præteritis emanatæ essent. tex. est in authen.de fil.ante dota.instrum.§. 1. Abb. in cap. fin,de præscript.& est tex.singu.in authen. de rap. mulin fin.ibi quam interpretationem non in futuris tantum modo casibus, verum in præteritis etiam valere sancimus tanquam si nostra lex ab initio cum interpretatione tali promulgata fuisset. Ias.in l. non dubium num. 10. C.de legi.de communi Felyn.in cap.fin.num.4. de con-
2 sti.& in nu.6.declarat qualiter hoc procedat † Sed prædicta omnia de iur.comm.procedunt,vigore tamen militaris Potestatis tenetur Præses circumire Prouintias non solùm pro causa necessaria, sed pro vtili, & expedienti quoque vt in illis verbis Potestatis (*non solo necessario,ma espediente & vtile andare discorrendo*) in tantum quod est necessitatus, & non posset in vno loco semper moram trahere,quod probat verbum debet ibi positum, cuius natura est necessitatem importare quando profertur à Principe in subditum:glos.& Doct.in l.sæpe. ff. de offic.Præsid.Mars.cons.51.num.61.& in cons.60.num.4.
3 Roma cons.350 † Et si Præsides fuerint negligentes in perquirendo istos,malefactores, possent priuari officio, Bald.in l.congruit. §.furioso num.2. ff. de offic. Præsi. Abb.& Decius in cap. dilecti num. 18. de appella & de hoc fecit règulam Iacob.nouel num. 104. Poterunt etiam priuari salario.l.iudices,& ibi Bart not. C. de anno.& tribu.lib.10.cum allega.per eundem Iacob. nouel.

in dict.

in dict.regu.num.2.ac etiam criminaliter puniri possent habito respectu ad id, quod eius negligentia successit. l.missi opinatores.C.de exacto.tribu.lib.10. facit tex. in cap. dictum. 81. distinct. Faciunt quoque litem suam glos.& Alex. in l.argentarius §.fin.ff.de eden.& alias pœnas patiuntur, quas contra negligentes posuit Luc. de pen.in l.2.C.de naufra.lib.11.Gomes.in suo Epilo. cap. de triennali q.28. Et quando quis possit dici negligens vide Ancar.in cap.felicis num. 8. circa medium de pœnis in 6. Afflict.in consti. officiales Reipublicæ.§.1.debet igitur Præses circumire Prouintias contra exules,& an alios destinare possit, & ei salaria constituere, dicemus in sequenti quæstione.

SVMMARIVM.

1 *Præses non potest creare barricellos,*

2 *Potest creare commissarios, & destinare milites contra forascitos.*

3 *Militibus destinatis ad persecutionem exulum non potest Præses constituere salaria de publico absque licentia Principis,*

4 *Magistratus, qui regunt proprio nomine, possunt proprijs impensis creare barricellum, & milites,*

5 *An possit Præses ære fisci destinare milites contra exules,*

6 *Modica impensa potest fieri per Præsides ex mulctis, & pœnis,*

7 *Præses potest facere certum detemptorem pro istis mulctis.*

SECVNDO quæro an Præses possit destinare Commissarios,& milites ad persecutionem istorum forascitorum, & pro resolutione istius quæstionis ponam
1 quatuor conclusiones. † Prima, Præses non poterit creare Barricellum,seu Capitaneum Campaneæ contra forascitos

scitos,nisi Princeps tempore espeditionis, vel necessita tis concesserit,vt est tex.in §. is insuper ibi aut latronum expulsores iunct §. præced.in authen. vt nulli iudi. vbi Ange.expresse notat, dicens, nota istud principium pro expellendis latronibus robatoribus viarum, Potestas non potest mittere suos officiales, & ita obseruatur in Regno isto,quia Prorex cum certo salario creat istos Ca pitaneos Campaneæ,hinc pluries dixi,quod malefaciũt Barones qui creant Barricellos Campaneæ in eorum iu risdictionibus, si non habent hoc in priuilegijs; & quod possent puniri pœna dict.authen.posita in §.neque vero
2 † Secunda, Præses de cosuetudine licet non possit crea re Capitaneum Campaneæ poterit certos milites,& cõ missarios destinare contra forascitos,& ita intelligo Ange.in princ.dict.Authen.dum dicit,quod ille tex. non seruatur de consuetudine, & quod totum contrarium seruatur, nam non intelligit de Capitaneo Campaneæ, circa quem etiam consuetudo seruat ius commune, sed de alijs,qui extraordinarie,& secũdum occasiones quoti
3 die destinantur contra istos grassatores. † Tertia, militibus destinatis per Præsidem vigore dictæ consuetudinis non potest constituere salaria de publico absque licentia Principis l.1.C.de præben.sal.lib. 10. & ibi not. Luc. de pen.cum allega.per Ias.in l.1.ff.de iust.& iur. nu. 11.
4 qui ponit hoc pro regula cum 4. limit. † Sed aduerte, quia hoc non procederet in Magistratibus, qui regunt proprio nomine,vt sunt Marchiones,Comites, & Barones; qui de consuetudine destinant istos milites, & eis salaria constituunt non ære vassallorum, sed eorum, & isto in casu quando non grauant vassallos ad præstandum salaria militibus crederem, quod sumptibus ipsorum Baronum possent creare etiam Barricellos Campaneæ, & id quod diximus in 1. concl. procedit quando vellent facere impensis vassallorum, prout fortè de facto faciunt, & ideo consultus respondidi, quod posuit

Dux Adriæ in eius statu creare Commissarium contra forascitos impensis ipsius per doct. Bar. in l. omnes populi, in 4. q. p. q. princi. ff. de iusti. & iu. quam ad istum propositum allegat Ias. in d. l. 1. num. 11. vers. quinto limita & 5 facit consi. Alex 109 col. 2. vol. 1. † Quarta, Præses non solum vigore potestatis ordinariæ sed nec vigore Potestatis militaris potest ære fisci destinare milites contra forascitos licet habeat liberum, & generale arbitrium sibi tributum per dictam Potestatem, sed requiritur licentia Principis, ita expresse notat Bart in dict. l. 1. C. de preben. sal. l. 10. sed ego credo, quod ista concl. non sit vera in casu nostro: nam ex quo Præses vigore Potestatis habet generale mandatum super bello mouendo contra forascitos, poterit milites destinare, & salaria eis constituere, Bal. in consi. 32 par. 5. vbi concludit, quod mandatum generale super guerra, extenditur, vt pecuniam expendere possit, quia sine ea res militares expediri non possunt, §. oporret quoque vos in Authen. vt iudi. sine quoquo suff. ag. fia quod intellige quatuor concurrentibus: quæ enumerantur in dict. consi. probatur quoque quia clarum est, quod sumptibus fisci perquirendi sunt isti malefactores, & ideo eius impensis constitui possunt salaria militibus, prout concludit Ias. in loco præallega. vers. quarto limita, qui allegat alios, & ad doctr. Bart. respondeti potest, quod loquitur in minoribus magistratibus, & non in maioribus. & ideo videmus, quod Præfectus prætoric potest salaria constituere, dixit Luc. de pen. in d. l. 1. de præb. sala. lib. 10. & in l. duos de suscep. eo. lib. sed quia huc vsque hoc non fuit practicatum per Præsides, & non est bonum litigare cum fisco, cuius bursa naturaliter recipit, sed per accidens, & vi dat. † Dice 6 rem, quod modica impensa ex mulctis, & paruis pœnis exactis fieri posset per Præsides. Bar. in l. 4. in fin. C. de nauicu. lib. 10. idem Bar. in l. diuus in fin. ff. de bo. damna & in. l pe. C. de modo mulctan. Ias. in citato loco vers. Secundo

cundo limita, & in simili videmus quod de istis mulctis, & de alijs quoque pœnis Regius Fiscus noster semper extrahit aliquid, quod extraordinarium vocat pro fabrica, & reparatione palatij, & pro nuntijs mittendis, & iste vsus sumptus est ex doctr. Bar. in d. l pen. & in d. l. diuus num. 5 facit quoque, quia iudex potest donare modice de fiscalibus, vt dicit Apost. ad Bart. in d. l. in litera e. Idem Bar. in l. 3. §. illud in fin. C. de cano. largi. lib. 10. &
7 Bal. in prealleg. cons. † Vt prædictas mulctas habere possit Præses, quando vult pro seruitio Regij fisci, destinet certum detentorem, seu thesaurarium, quia potest, vt dicit Bart. in dict. § illud, cæteris vero exactionibus, & introitibus relictis Magistro Cameræ, in cuius manibus sunt adeo securæ pecuniæ fiscales, vt nec tenaleis euelli possint & ipsemet fiscus dicit loquens de pecunijs existẽtibus penes ipsum Magistrum Cameræ, pecuniæ meæ sunt in puteo sancti Patritij.

S V M M A R I V M.

1 *An possit cogere subditos ad capturam forascitorum, recitantur duæ opiniones,*
2 *Concordantur opiniones distinctione,*
3 *Si Barricellus Campaneæ sufficit, non potest grauare subditos,*
4 *Si non sufficit, debet vti suffragio militum,*
5 *Si auxilium militare non sufficit, vti potest suffragio subditorum,*
6 *In actu prosequendi, & si forasciti sunt in certo loco possunt cogi subditi,*
7 *Doctores, & nobiles non possunt cogi ad persecutionem forascitorum, nisi Præses vel Auditor exierit.*

1 TERTIO quæro, † An Præses possit cogere subditos ad capturam forascitorum, & delinquentium, & inuenio duas opiniones: Prima fuit, quod non possit, quia stipendijs Regijs sunt huiusmodi malefici capiendi, nam ideo habet tributa, & Regni redditus, & prouentus, vt Regnum seruet absque subditorum grauamine, & iustitiam faciat: hanc opinionem tenet And. de yser.in §.nauigia de sta.& consue.& in costitu. pœnā eorum in fin.ac in constitu.si damna Clandesti.& in consti.iustitiarij non per Kalendas,eandem q.posuit Luc. de pen.in l.1.C.ne rusti.ad vllum obse.lib. 11. & arguit ad partes in nu.38.cum sequen & in nu.40.in fin.concludit pro ista opinione,ad quam probandum adducunt primo tex.in d.l.1. Item, §. deinde competens vers. neque & vers.sequenti in authen.de man.Princ.vbi executio mandatorum Principis: quæ tangunt publicam vtilitatem, iubetur fieri sumptu publico,& absque incommodo subditorum,adducunt quoque tex.in l. vnica. C. ne oper. à colla.lib.10.vbi generaliter disponitur, quod Prouinciales non possunt cogi ad operarum præbitionem, & glos. dicit nec angariam, nec perangariā, & quod nec bestias eorum teneantur commodare, & istam opinionem firmat tex.in § his insuper iunct. vers. neque vero angarijs in auth.vt nulli iudi. vltimo adducitur pragm.1. de dam. cland.per quam disponitur, quod vniuersitates, quæ tenentur contribuere Barricello Campaneæ, sunt releuatæ à custodia territoriorum, sed quia hodie Regia Curia imposuit in toto Regno quatuor caballos æneos pro quolibet mense,& pro quolibet foculari,& talis impositio soluitur Regio Perceptori pro salario Barricelli, seu Capitanei de Campanea,& comitiuæ, ideo ad eos spectat persequi istos malefactores, Anto. de Nigris in cap. clandestinis num.14. Alia fuit opinio, quod possit Præses & quilibet officialis cogere subditos ad capturam delinquentium,& forascitorum, quam opinionem tenuit Pa-

ris

ris de Puteo de syndica. vers. familiaris. cap. 1. num. 3. Foller. in prax. crimi. vers. nota cap. de pers. num. 10. & ipsi alleg. alios. Adducunt pro ista opinione tex. in l. 2. C. de his, qui latro. ibi omnia ciuilia dirigantur auxilia, & qui omnia dicit, nihil excipit. l. si seruitus. ff. de seruit. vrba. præd. Item subditus tenetur domino suo vtile auxilium ferre ex debito iuramenti, vt in feudis de noua forma fidelita. maximè contra rebelles Regis prout sunt isti
2 forasciti, & pro ista opinione allegat plura. † Luc. de pé. in d. l. 1. num. 23. cum sequen. mihi autem videtur, quod pro concordia istarum opinionum distinguendi sint qua
3 tuor casus. Primus est. † Quando vires Barricelli Campaneæ, & comitiuæ sufficiunt ad persecutionem istorum forascitorum, prout est in aliquibus Prouintijs quietis, & tunc Præses non potest grauare subditos ad dictam persecutionem, nec debet eligere Commissarios deuastatores populorum, & latronum dissimulatores, non obstante qualibet consuetudine, vt dicit tex. in §. neque vero angarijs in authen. vt nulli iudic. & istum casum probant fundamenta primæ opinionis, & ratio istius casus est clara, quia per solutionem quatuor caballorum, subditi sunt releuati ab isto onere, per dict. pragm. 1. de
4 damn. clandes. † Secundus casus est, quando vires Barricelli non sufficerent; prout nunc in Prouintijs Aprutij, & tunc nec subditos cogere poterit Præses sed vti debet suffragio militum, qui soliti sunt manere in Prouintijs ad stipendia Reipublicæ, ita dicit Luc. de pen. in d. l. 1. num. 40. vers. nam, pro his allegat tex. in §. sed etiam pro vbertate: ibi habebis autem obedientes tibi, & qui in Prouintia sunt milites, in authen. de man. Princip. sed meo iudicio istum casum probat tex. in l. 2. §. fin autem. C. de his: qui latro. vbi mandatur, quod si ciuile adminiculum non sufficit contra maleficos, iudex Prouintiæ à tribuno, seu primatibus militum, qui in locis sunt auxilium postulet, & Prorex ne vexarentur subditi destina-

uit quatuor societates militum Hispanorum ad persecu tionem forascitorum Prouintiarum Aprutij, & expresse mandauit Præsidi, ne subditos grauaret, & militibus non suffragatur, quod eorum est bellare, & birruariorum per sequi forascitos, quia ad tollendum hoc, ipsemet Princeps induxit bellum publicum per istam potestatem cõ tra eosdem: quorum persecutores bellare dicuntur, sicuti si bellarent contra infideles & rebelles Maiestatis, & licitè fuit motum bellum ad perquirendos istos latrones latitantes, vt 1. Regum cap 24 vbi Saul assumens tria millia electorum virorum ex omni Israel perrexit ad inuestigandum Dauid, & in cap. 23. præcepit omni populo vt ad pugnam descenderet in cellam, & obsiderent Da
5 uid, & viros eius faciunt alleg. infra in 1. & 2. Speci. † Tertius casus est, si adminiculum ciuile, & auxilium mili tare non sufficient, prout fuit in Prouintijs Calabriæ annis præteritis, tunc poterit vti Præses suffragio subditorũ & ratio est quia reditus, qui Regi dantur, vt pacatam teneat Prouintiam non sufficiunt, & de suo resarcire non tenetur, quare vel populi dare debent sufficientem mili tiam ad persecutionem malefactorum vel ipsi auxilium præstare, istũ casum probo per c. 14. Zachariæ ibi congre gabo omnes gentes ad Hierusalem in prædium, & Iudi cum cap. js. misit Ozias nuntios per omnes Ciuitates & regiones Israel omnis itaque Regio, omnisque vrbs electam iuuentutem misit armatam post eos, & pro hoc ad ducitur, quod quando necessitas imminet ab angarijs, & perangarijs nullus excusatur, quantouis priuilegio munitus sit. l. nullus. C. de Cur. publi. lib. 12. Luc. de pen. in d. l. 1. num. 32. & etiam exempti possunt cogi vt per mul
6 ta dixit Petr. girar. singu. 100. num. 15. † Quartus casus, est, quando familia Curiæ est in actu persequendi, vel in certo loco habet forascitos, & non habent tunc familiã sufficientem, nec tempus ad conuocandum auxilium à Præ side, & poterit conuocare auxilium subditorum, & ita

7 ita procedunt alleg. in 2. opin. † Sed hic aduerte quod non posset cogere Nobiles, & Doct. nisi quando propria persona Præsidis, aut Auditoris exiret vt dixit Cara. de exul. prag. 4. num. 34. & ita obseruatur, & resistens istis subditis, donec sunt cũ familia Curiæ punitur, ac si dictis familijs resisteret, Par. & Foller. in locis Præallega. Prorex mandauit comiti Vgenti, vt faceret nouam militiam in Prouin. Apru fratrum iuratorum ad persecutionem forascitorum vt in Cur. pr. Aprut. fol. 196.

S V M M A R I V M.

1 *Diffinitur habitus,*
2 *Habitus triplex.*

De *Prædicam.* Habitus.

1 DESCRIBITVR à Doct. & Philos. † Habitus est corporum, & eorum quæ circa corpus sunt adiacentia Gilber in lib. de sex. prædic. in proprio cap. Menoch. de Arbitr. lib. 1. q. 11. num. 23. Bald. in l. voluntatis
2 num. 7. C de fideicom † Et licet triplex sit Habitus, profexionis, conuersionis. & probationis, glos. in ver. apparuerint. cap. 1. 27. q. 1. not. Archid. in cap. statutum de regu iu. lib. 6. sub ista vero q ponam Habitum & requisita in bono Præside, vt iustus dicatur, & ideo quæram.

1 De habitu, & qualitate Præsidis
2 An possint subditi hospitijs grauari,
3 An possit aliquid doni ab officialibus accipi.

S V M M A R I V M.

1 *Decem, & septem requiruntur in bono Præside, & ponuntur remissiue.*

12 *Enumerantur alia decem & septem.*

PRIMO quæro, de Habitu Præsidis in iustitia ministranda, ideſt quibus dotibus habituatus eſſe debeat vt iuſtus dicatur, & inuenire omnia requiſita in bono *Præſide* eſſet potius laborioſum, quam vtile, volui tamen hæc pauca tranſcribere, quæ magis neceſſaria *Præſidi* mihi eſſe videntur, & licet Affli. in conſti. vt vniuerſis nu.48. enumeret 17. requiſita vt bonus Conſiliarius dica-
2 tur, tamen prædictis addi poſſunt totidem alia. † 1. Primum eſt, ne quid faciat *Præſes* præter ius, & æquum, nam dominus retribuit vnicuique ſecundum iuſtitiam ſuam, Ecce Aman ſuſpenſus in eodem patibulo, quod procurauerat Mardocheo 1. Reg. 30. & Eſdr. 7. & 8. quare non poterit vigore liberi arbitrij abſoluere condemnandum, vel condemnare abſoluendum. Amed. de ſyndi. num. 145. Secundum cunctis ſit benignus, nemini blandus, paucis familiaris, omnibus æquus ſit, ad iram tardus, ad miſericordiam pronus. in aduerſis firmus, in proſperis cautus, & humilis Senec. de formu. vitæ. c. de continẽ facit tex. in l. obſeruandum. ff. de offic. *Præſi*. Tertium, careat animi paſſionibus, vt nec præce, aut præcio, odio, vel amore moueatur, quia iſtis quatuor modis peruertitur iudicium. c. quatuor 11. q. 3. Quartum, talem ſe præbeat omnibus publicè, & priuatim, vt terribilis ſit delinquentibus, manſuetiſſimus autem, & mitis placidis, & paternam eis exhibeat prouidentiam. §. talem vero in authen. de man. *Princip*. Quintum, maleficia puniat, & inueſtiget, & inulta non deſinat pertranſire, vt quos timor Dei à peccato non reuocat, ſaltim coerceat ſeueritas c. cum in cunctis extra de elect. & officiales diſſimulantes punire malefactores, grauiter puniuntur Bart. in leg. 1. C. de deſerto. & in l. fin. C de publ. leti. lib. 12. Sextum, altiora te ne quæſieris, & fortiora te ne ſcrutatus fueris, nec maiora viribus ſuſcipias, nam niti ad id, ad quod

per-

peruenirі non poteſt, dementiſſimi animi eſt, & ideo Dominus Goliam proſtrauit. Amon ſuſpendit, & Gigantes percuſſit. Eccleſiaſt. 3 Barnar. de 12. gradibus. Septimum. nihil agat *Præſes* ſine conſilio, quia iſtud eſt examinandarum, gubernandarumque cauſarum ſubtilis animi proſpectus. Ioas Rex Iuda, tam diu fuit bonus, quam diu acquieuit conſilijs Ioiudæ *P*ontificis, quo mortuo factus fuit peximus. Holofernus contendens conſilium Achioris fuit occiſus; & eius exercitus cum damno, & cõfuſione fugatus. *P*ilatus recuſans acquieſcere bono conſilio vxoris, magis timens Cæſarem offendere, quam iuſtum ſanguinem condemnare, in inferno languet, & ſingulis ſingulas reddendo authoritates probantur per Ariſto. in Epiſto. ad Alexan. 2. & 3. Reth. 4. Reg. 12. Iud. 6. Matth. 27. & an hoc ſit neceſſarium ſimpliciter, dicemus in ſpecialibus. Octauum, Conſiliarium aſſumat virum optimum, purum vndique, & contentum his, quæ à fiſco ſibi dantur §. feſtinabis. in authen. de man. *P*rinci. vbi amplius dicitur, & ſi quid præter ſpem acceſſerit, & non inueneris eum cuſtodientem tibi fidẽ iuſtam, illum quidem expellas, alio vero vteris conſiliario legem, & iuſtitiam cum puris ſeruante manibus. Nonum, nimiam familiaritatem non contrahat cum ſubditis, ex æquali enim conuerſatione contemptio dignitatis naſcitur. l. obſeruandum. ff. de offi. *P*ræſi. Decimum, aduerſus eos, quos malos putat non excandeſcat, ſeu fortiter acclamet, nec præcibus calamitoſorum illachrimari oportet, id enim non eſt conſtantis, & recti iudicis, cuius animi motum vultus detigit, vt in ea l. obſeruandum. Vndecimum, in iudicijs, & iudicando non ſit perſonarum acceptor, Deuter c. 1. & 16. Matth. 22. Luc. 20. & ad Ro. cap. 2. ita magnum iudicabis, vt paruum, ſiue ciuis ille fuerit, ſiue peregrinus: quæ repetita ſunt in c. nouit de iudi. & in cap. in iudicijs de reg. iur. in 6. Duodecimum, ſemper oculos habeat ad famulos, & domeſticos

eos eius, quia isti nil aliud cogitant, quam aliquid extorquere à prouintialibus, nec permittat eos nimiam familiaritatem habere cum subditis, quibus vt plurimum amore, vel pecunia domus causarumque secreta pandunt & pro istis prauis famulis Præses tenetur. l. 1. in princ. & § famulo. ff. de publi. l. 1. §. ait Prætor. ff de vi & vi arma quod intellige, & declara vt per Felyn in c. Petrus nu. 8. de homicid. Decimum tertium, aduertat ad curiales, procuratores, & Aduocatos, quorum (de malis loquor) officium est causas dilatare, & ad Præsidem spectat illas dirimere. §. sit tibi in authen. de man. Princi l. properandum §. 1. C. de iudi. Quartum decimum, actuarios, & scribas non permittat exigere vltra pandectam M.C. V. & aduertat pro subleuaminibus subditorum, vt in pragm. 6. vers. item quod in solutionibus de offic. iusti. quia manus eorum pecunijs & extorsionibus replentur, & quia non inueni scribam, qui non fuerit Pharisæus, non possum ipsos pati, nec silere, sicut etiam dixit Cara. in rit. 13. & vtinam salariarentur de publico vel impensis fisci vel vniuersitatum, quia tollerentur ineuitabiles eorum extorsiones, Quintum decimum, sub quo plura comprehendi possunt, Prudens primùm consulat, quid sit agendum & quomodo: deinde de his, quæ per consilium sunt inuenta iudicat an expediẽtia sint, & si fuerint plura, quod eorum expedientius sit, & commodius, vltimo loco præcipit ea, quæ consilio inuenta & recta iudicata sunt, accommodatque ad opus. Senec. in libel. de opti. Ciu. Sextum decimum, Tiranniam euellat à Prouintijs, qua quidem Barones, & Principaliores Ciues illarum adeo subditos cruciant: & affligunt magis fauendo prauis lenonibus: & scurris, quam bonis, & deuotis ciuibus, vt ipse pluries audiui. potius ipsis expediret seruire in triremibus, quam viuere sub regimine eorum. et remedium erit monitionibus, & literis priuatis monere ipsos ad quietè viuendum, prout faciebat Excell. MAR. ANT. Colu. in

Regno

Regno Siciliæ,& dixit Iaſ.in authen.qui rem col.2.C.de Sacroſan.Eccleſ.de comuni Boſſ.in tit.de Princi. nu.55. vbi ponit materiam tiranniæ,ſuper qua facit tract. Bar. Septimum decimum,& vltimum,ſummatim ita ius reddat, vt pacata Prouintia ſit.l.congruit ff.de offi.Præſid. & authoritatem dignitatis ingenio augeat l. obſeruandum ff. eo.

SVMMARIVM.

1 *Non poſſunt ſubditi grauari nec hoſpitijs nec alimonijs.*
2 *Ampliatur quinque modis,*
3 *Limitatur etiam quinque modis.*
4 *Enumerantur perſonæ,quæ non tenentur hoſpitari.*

SECVNDO quæro, an Præſes,& milites perſequendo foraſcitos,vel eundo per Prouintiam poſſint ſub
1 ditos grauare hoſpitijs, & alimonijs. † Et concluſio eſt quod non,de hoſpitijs eſt tex in l. obſeruare. ff. de offic. præſi.vbi Bald. not. quod quando Barricelli vadunt per comitatum cauſa purgandi ipſum malis hominibus non debent compellere ſubditos, quod hoſpitentur, ſed hoſpitari in tabernis, & hoſpitijs publicis hoc idem dicit Par.de Synd.in ver.expenſæ cap.1.num.5.Anto.de Nigris in cap grauamina num.67.& de Alimonijs eſt tex.in § illud in auth.de man.Princi.& in l.2.C de Luc.à duo lib.12.& ibi Luc.de pen. quia ideo ſalariantur de publico,vt expenſis proprijs alantur,& hoſpitentur §. ſi vero
2 aliqua neceſſitas in auten.vt nulli iud. † Ampl.iſta concl.vt procedat etiam,quod conſuetudo loci longeua contrarium firmauerit, vt not Ange.per illum tex.in §. nulli in dic.authen.de man.Princi.quia conſuetudo,quæ grauamen inducit eſt inpræſcriptibilis.c.1.extra de conſuet & in terminis hoc firmat Luc.de pen.in l.1. nu.9. C. ne ruſtica.lib.11.Secundo,Amp.etiam, vt nec habitatores

loci

loci possint illos hospitari,& si secus fecerint, puniuntur vt in §.neque vero angarijs in d.authen. Tertio Amp. vt non teneantur subditi particulares vendere vtensilia, & commestibilia, quando vniuersitas tenet consuetum forum in quo possunt emi.Cassa.in consuet.Burg. rub. prima §.4.num.8.Quarto amp.vt nec possint molestari ad dandum eorum animalia de vna terra ad aliam, sed salario mediante debent ab illis petere,qui sunt soliti locare l.pen.C.de curs.pub.lib.12.vbi Luc.de pen.Anto de Nigris in dict.cap.grauamina.num.84.& est tex.§.illud tamen in authen.de mand.Princ. Vltimo amp. vt non possint isti subditi grauari aliquo ex.66.enumeratis per Ant.
3 de Nigris in dict. cap. † Limit.modo ista conclu Primo vt non procedat in Principe transiente per loca subiecta siue mediatè,siue immediatè;nam ipsi hospitia : & alimonia debentur gratis.l.2.C.de meta.& epidem.Bald. in d.l.obseruare,Cassa.in d.§.4.num.8.Ant.de Nigris in dict.cap.grauamina num. 68. & non solum tenentur ad hoc,sed ad multa alia enumerata per Affli.in decis.265. & 307.& per Iacobi,in tract.de feud.in tit.de homa.nu. 26.Secundo limit. vt non procedat, quando non adsunt hospitia publica,nec tabernæ,nam tunc tenentur ad hospitandum,& ad alendum salario mediante,vt per Doct. supradictos,& de domo fiunt tres partes,duæ dantur domino,& alia hospiti.l.2.C.de metat.lib.12.Cassa.in loco præallega. nisi fuerit persona illustris, nam tunc debet habere medietatem domus, vt in d.l.2.& glos. in l.3.§. eos.ff.de mune.& hono.Tertio limit.vt non procedat in illis qui sunt grauati persequi malefactores. & de publico non sunt salariati,quibus hospitia,& alimenta debentur per ea quæ diximus in Præd.præced. q.2. Quarto limit.grauamina per prag.3.& 4.de milit.in quibus disponitur,quod vniuersitates sunt obligatæ dare quædam ibi expressa,& eorum aliqua gratis.Quinto lim.vt non procedat hodie de consuetudine, nam isti milites, & Com-

missa.

missarij non solum stantiam, paleam, & lectum gratis extorquent, sed alimonia pro ipsis, & æquis, & diu quærens si consuetudo ista possit fundari in iure tandem inueni Bartho. de Capua in cap. ad audientiam, qui tenet quod quando officiales vadunt per districtum exercendo iurisdictionem possunt recipere alimonias pro se, & æquis sine prætio allegat. l. 2. C. de Lucr Abuocat. lib. 12. & Alberi. de rosa, in l. obseruare. ff. de offic. proconsu. & lega. quod nota, & de hoc non contenti recaptant patronos, tentant violare mulieres, & tot, & alia committunt, quæ incomportabilia sunt, & pluries ipse audiui ab vniuersitatibus, & primatibus Prouintiarum, quod expediret populis potius vexari à latronibus, quam ab istis birruariis; nam illi saltim non ita continue grauant, nec tentant pudicitiam mulierum, Sed nostri milites, & Commissarij hæc, & peiora faciunt, & si præcibus, minis, & percussionibus non possunt aliquid extorquere, examinant eorum socios super resistentia ipsis facta per patronos, & sæpe sepius super receptatione, armatione per Campaneam, & alijs delictis, & Deus scit si multi innocentes vigore dictorum testium fuerunt suspensi, & quia video populos tumultuantes, & inobedientes propter istas violentias, & hoc anno in Prouintijs Aprutij tumultuarunt Terræ Collis macinarum, Circulorum, Roccæ, Medij, Ciuitatis Realis, & aliæ. & in tumultis fuerunt patrata nonnulla homicidia, & cæteri Populi dicunt Domine Domine vim patimur responde pro nobis: ideo rogo Excel. Proregem eiusque Collaterale Consilium, vt renouent santissimam pragm. Regis nostri Philippi, & tollant omnino occasionem istis ministris recaptandi, componendi, & vexandi fideles subditos suæ Maiestatis, ac tollant abusum illum dandi, & stantias, paleam, & lectum: quibus vel vti viatores non indigent: vel ea sibi procurare possunt stipendijs proprijs: quæ si non sufficiunt super impositione quatuor caballorum addant

alios

alios, ne populi, & subditi dicant, quod supra dixi, & hoc non esset nouum nam ita obseruatur in Regno Siciliæ vbi per quinquennium exercui officium Armorum Capitanei, & nunquam mei milites nec aliorum grauarunt subditos hospitijs seu alimonijs, aut alijs modis, sed durante isto abusu non tenentur hospitari infrascriptæ
4 personæ. † Primo Doctores glos. in l. 3. C. de muner. patrimo. lib. 10. l. medicos C. de professor. & medi. lib. 10. etiam à muneribus patrimonialibus glos. In d. l. siue actu legant siue non, dummodo vacent aduocatione: Nacta consil. 1. 65. 66. Isernia in feud. Tit. de statut. & consuet. vers. litem num 14. Par. de synd. in ver. Doct cap. 1. nu. 8. Anto. de Nigris in cap. item statuimus quod domus num 9. Secundo Prælati, Religiosi, & Ecclesiasticæ personæ vt in d. cap. item statuimus vbi Luc. de pen. adducit cotes. ordinarij iudices. cunctos vbi glos. not. C. de metat. lib. 12. & Luc de pen. in loco præalleg. Philosophi, Medici Grammatici, & professores aliarum literarum, eorumque filij, & vxores l. Medicos C. de professo. & Medic. lib. 10 vbi glos. declarat in artibus liberalibus non mechanicis. Ergasteria sunt exempta ab hospitijs l. 2. C. de metat. lib. 12. & ibi Luc. de pen. declarat. Domus iustitiæ vbi causæ ventilantur, & Palatia communitatum vbi fiunt parlamenta similiter sunt exempta: Luc. de pen per illam l. in l. 3. C. eo. tit. fabricenses quoque sunt immunes l. 4. C. eo tit. Rustici, seu alij, qui habitant in rure prædijsque publicis, vel priuatis non tenentur hospitari eodem in loco, & de facto possunt expellere milites. l. deuotum. C. eo. tit. Sinagoga Iudæorum l. 3. C. de Iudæis Luc. de pen. in l. decem in d. tit. de metat. Decuriones Ciuitatum l. 3. de silenti. lib. 12. Luc. de pen. in d. l. decem in quorum loco hodie successerunt Consiliarij, Massarij, Anziani, & illi, ad quos spectat regimen Ciuitatis, qui varijs nominibus nuncupantur prout declarat Lancillot. in suo prætorio breuiario lib. 1. cap. 10. de Decurio. silentia

rij Principis, vt in d.l 3. & dicuntur silentiarij, consiliarij ipsius Principis, vt in d.l.3. & glo.rub.eiusdem tit.& multi alij non tenentur hospitari; quos breuitati consulens omitto: de quibus in l. fin.§.fin. ff.de mun.& hono. & in dict.l.3.generaliter tempore, quo forasciti sunt in certo loco, vel certum est eos grassari per loca conuicinia, vniuersitates non debent hospitari milites, sed eis in Campanea alimenta mittant, alioquin receptantes puniũtur l.1. C.de comeat.lib.12.& Gubernatores, Auditores Prouintiarum, alijque officiales, & Commissarij in transitu per Prouintias debent hospitari in domo Regis, & non priuati. & si non adest in domo Communitatis, aut in monasterijs Amanel.de clar.aquis singu. 259.

SVMMARIVM.

1 *An officiales possint aliquid doni accipere.*
2 *Enumerantur decem iura circa istam quæstionem.*

1 TERTIO quæro, † An Præses, & alij officiales possint aliquid doni accipere à subditis, & varietas iurium super istis donis causauit confusionem, & excu-
2 sationem ignorantibus. † Primum fuit ius ff. per Vlpian. recitatum in l. solet. ff.de offic. Proconf. vbi dicitur non verò in totum xenijs abstinere debebit Proconsul, sed modum adijcere, vt neque morosè in totum abstineat neque auarè modum Xeniorum excedat & in §. fin. d. l. subdit rationem nam valde inhumanum est à nemine accipere, sed passim, vilissimum est, & omnia auarissimũ & isto iure non est expressa quantitas Xeniorum, secundum ius fuit plebiscitum, quod esculentum, & poculentum permittit quod infra dies proximos prodigatur. l. plebiscito. ff.de offic. Præsid. & istud ius non exprimit numerũ dierũ. Tertium ius fuit l. Iulia repetun. quæ permittebat posse recipi ab omnibus proximioribus cognatis

In infinitum, dummodo non ratione officii, quia ratio sanguinis tollit suspitionem, ab aliis vero extraneis licitũ erat accipere inter omnes vsque ad centum aureos per annos, & non ratione officii, l. 1. in fin. iunct. glos. ff. ad l. Iul repetun. Quartum ius fuit ius. C. quo iure omnino prohibetur receptio Xeniorum. l. vnica circa princ. cum glos. C. de ratiocin. oper. publi. Quintum fuit ius authen. quo iure distinguebatur; quod si officialis erat salariatus de publico nihil accipere posset, nec esculenta, nec poculenta nec Xeniola. glo. in d. l. Plebiscito, Sebast. de Neap. in cap. Reg. hac edictali, & est tex. in § cogitatio, & in §. sic igitur in authen. vt iud. sine quo suff. § oportet in aut. de man. Princ. Si vero non habent salarium à publico, possunt recipere quantum eis sufficit ad mediocrem gubernationem, etiam à litigantibus, & si nihil habent, gratis iudicare debent, vt in dicto. §. sic igitur & in §. sit tibi eo. tit. de man. Princ. Sextum est ius Const. Reg. quo iure similiter distinguitur, aut à litigantibus, aut ab extraneis: primo casu, non est licitum accipere nec exculentum, nec poculentum, vt in Const. apud iustitiarios & Afflict. ibi expresse not. in 4. nota. Secundo casu, possunt accipi exculenta, & poculenta, dummodo infra biduum consumi possint, & semel in anno, vt Const. Capitaneorum §. prædictis. Septimum est ius Capit. Reg. quo iure prohibentur exculenta, & poculenta recipi ab vniuersitate, ab aliis vero non denegatur, illud met, quod ius comm. permictit. vt in cap. item quod iustitiarii, & ibi not. Anto. de Nigris num. 7. Octauum est Ritus M. C. incip. Item quod Iudices ipsarum curiarum mihi num. 14. quo iure permittitur tricesima causarum, & aliquid pro testium examinatione, sed Carau. dicit ibi, quod ille Rit. non obseruatur. Nonum est ius pragm. Reg. quo iure ab vniuersitatibus non potest recipi nisi poculentum, & exculentum, quod in paucis diebus possit consumi, vt in prag. 1. eo. tit. licet per prius fuisset dispositum, quod officiales nihil

hil

hil reciperent vltra prouiſiones taxatas, vt in prag.1.de muner.offic.& à litigantibus non eſt licitum aliquid acci pere ſiue magni,ſiue parui valoris ſit,vt in pragm.2.eo. tit.& in ingreſſu officij ab vniuerſitatibus nihil accipi po teſt,vt in prag.3.quibus prag.prohibetur directè, ſiue in directè,& nec officialibus licet nec eius familiæ,& ſi vl tra permiſſa acceperint, pœnis contentis in d. iuribus puniuntur;& amplius de corruptela tenentur, cuius pœ- nam latè proſequitur Menoch.de arbitr.lib.2.caſ.342.ad eſt quoque nouella prag.qua quædam munuſcula,& in certis caſibus permittit poſſe recipi ab officialibus,vt la- tius in ea.Decimum eſt ius perfectionis, quo iure diſpo- nitur qui excuit manum ſuam ab omni munere, iſte in excelſis habitabit.c.qui rectè in fin.11.q 3 & qui munera ſuper innocentem non accepit, habitabit in tabernacu- lo Domini:vt in pſal. 14. & Iob contra iſtos loquens di- xit in cap.15.ignis quippe deuorabit tabernacula eorũ, qui munera libenter accipiunt,vade ergo, & comede in lætitia panem tuum,& bibe cum gaudio vinum tuum; quia ſic Deo placebis Eccleſ.cap 9.& ſi eſculenta,& po culenta accipienda eſſent à quo ſecurius quam ab eo cui tuam mutuaſti pecuniam:& nihilominus accipere vſura eſt,vt dixit Luc.de pen.in.l.in ſacris 2.num.30.C.de pro xi.ſac.ſcrin.qui etiam dicit,quod iſta enxenia, & dona excecant oculos Iudicum;quaſi mutus in ore auertit cor ruptiones eorum, & iſtud ius ſemper mihi commodius viſum fuit, quia negari non poteſt, quin recipiens non obligetur antidotaliter:quæ & ſi nullam habet efficaciam nec in agendo, nec in excipiendo, l. ſed ſi. §. conſuluit. ff.de petit.hæred.tamen aliquos parit effectus,& 18.enu merat Iaſ.in l.ſi non ſortem.§.libertus.ff.de cond.indeb nec dicant officiales,quod abſque iſtis muneribus non poſſent viuere,& quod ſi mundi erunt, creſcet mortalis ægeſtas;nam ipſis reſpondet Dauid pſal.4. ſacrificate ſa- crificium iuſtitiæ,& ſperate in Domino, & reſpondet il-

lis, qui dicunt, quis dabit nobis bona si erimus incorru ptibiles [illegible] dicunt, qui ostendit nobis bona? Signatura est super nos lumen Domini, Si igitur iudices sunt de signatis Domini . quare dubitant iuste iudicare & liberare pauperem à potente, quia hæc omnia adijcientur ei, dominabitur à mare vsque ad mare, & à flumine vsque ad terminos orbis terrarum, dabitur ei de auro Arabiæ, & omnes gentes magnificabunt eum vt in psal. 71. & non vidi iustum derelictum, nec semen eius quærens panem . impios [illegible] vid. superexaltatos, & paulo post red [illegible], & non est inuentus locus eorum: melius enim est modicum iusto super diuitias peccatorum multas, non confundetur in tempore malo, & in diebus, famis saturabitur, expecta ergo dominum, & custodi viam eius, & exaltabit te, vt hæreditate capias terram: hæc & alia iustis iudicibus promittit Deus in Psalmo.35. & si Deus dixit Deuter. c.16.in fin. non accipies personam, nec munera, quia munera excecant oculos sapientium, & mutant verba istorum, cur transgredimini mandatum Dei propter traditiones nostras?

S V M M A R I V M.

1 *Qualiter hic accipiatur actio,*
2 *Qui vtitur aliqua potestate agere dicitur .*

De Prædicam. Agere.

1 ACTIONEM non accipio hic pro ea, quæ descendit ex obligatióne, de qua in toto tit. instit. de actio. sed pro forma secundum quam in id quod subijcitur agere dicimur, vt dixit Gilber. in lib. de sex. principijs c. proprio & Menoch. de arbitr. lib. 1. q. 11. num. 17 qui
2 assert exempla. † Et quia vtens aliqua potestate agere dicitur, l. inter cohæredes, §. quod ex facto in verb. agat iuncta

iuncta glo.ff.famil.hercis.ideo quæram.

1 Cui sit concessa potestas militaris,
2 An sit delegabilis,
3 Qui possint delegari.

SVMMARIVM.

1 *Potestas militaris concessa est Præsidibus Prouintiarum,*
2 *Potestas ista transit ad successores Præsides,*
3 *Mens Principis colligitur ex prohemio,*
4 *Declaratur verbum excessus, & verbum inconueniens,*
5 *Ratio concessionis potestatis fuit triplex: quæ colligitur ex prohemio.*

PRIMO quæro cui sit concessa potestas militaris, & quare, & pro faciliori intelligentia quæstionis
1 procedam per conclusiones. † Prima est. Potestas militaris concessa est Præsidibus Prouintiarum vt in illis verbis Potestatis (*commandamo tanto à voi al præsente Gouernatore, &c.*) & ratio est quia ad ipsos principaliter spectat. vt pacata, atque quieta Prouintia sit l.congruit. ff.de offic. Præsid.& l.3.in fin.ff.eo. & quia de istis Præsidibus multum confidit lex.l.1.ver.credidit.ff. de offi.Præfect. prætor.credidit enim Princeps dicit tex.eos, qui ob singularem industriam explorata eorum fide, & grauitate ad huius officij magnitudinem adhibentur non aliter iudicaturos esse pro sapientia, & luce dignitatis suæ, quam ipse foret iudicaturus, & ideo cura totius Prouintiæ sibi relicta est, in qua maius Imperium habet omnibus post Principem, l.4.ff de offic. Præsi. & de iure communi habet merum Imperium & gladij potestatem. Afflict.in Const.pœnam eorum vers.4.quis dubitat num.15. & legatus dicitur Imperatoris, l.pen.ff.de offic.Præsi. & quia de potestate Præsidis alias dicturi sumus in Tract.quem

Deo dante faciemus de Potentia, & Impotentia Regiarum Audientiarum, pro nunc me remitto ad ea: quæ de ipso scripsit Luc. de pen. in l. 2. C. ne quis lib. inuic. lib. 11.
2 & in l. 1. num. 43. C. vt armo. vsus eo. lib. Secunda Potestas militaris transit ad successores Præsides, vt expressè probat Potestas ibi, (*quanto à tutti altri futuri Gouernatori*) Et si hoc non fuisset expressum, ad successores non extēdebatur. Bar. in l. 3. §. 1. circa fin. ff. de dam. infect. idem in l meminisse col 1. ff. de offi. proconf. & Montel. in 3. lit. arbit. incip. prouisa iuris sanctio in. 8. q. num. 13. dixit, quod Potestas concessa Præsidibus Prouintiarum per illud, c. non transit ad successores, sed an hoc sit simpliciter verum de iure: vide Menoc. de arbitr. lib. 1. q. 68. quia ad plenum tractat quando arbitrium transeat in successorem, vigore tamen Potestatis militaris clarum est, quod
3 transit vt supra. † Tertia, mens Principis in concedendo Potestatem militarem ex proæmio colligitur, quia ipsū ponit mentem disponentis. Bar. in l. 1. ff. ad Maced. idem Bart. & Bald. & in l. regula per illum tex. ff. de iur. & fac. igno. cum alleg. per Neap. in consuet. Neap. in prin. proæmij; & ex proæmio istius Potestatis, quod durat vsque ad illa verba (*ordinamo & commandamo*) colligitur quod intentio Principis versatur circa tria. Primum intendit inducere nouam formam procedendi contra exules, vt ibi (*ma la forma del procedere*) quia in hoc Regno ad ipsum solum spectat leges condere, & supplere, cùm sit Locumtenens Regis, in quem per Populum omnimoda Potestas legis condendæ fuit translata, l. 2. §. nouissimè. ff. de orig iur. l. humanum & l. fin. C. de legi. maximè Rex Siciliæ, qui Imperatorem in Superiorem non recognoscit, And. in cap. 1. col. 2. & 4. qui feu. da. poss. & Cumi. in proæm. Capitulorum Siciliæ num. 3. Secundum intendit reprimere excessus, & inconuenientia delinquentium & frequentiam delictorum, quæ probatur ibi) *à reprimere tali eccessi, & inconuenienti;*) & istæ fuerunt iustæ causæ ad

ad statuendum contra ius commune Doct. in l. cunctos Populos. C. de sum. trin. Foller. in pragm. de ictu scoppe num. 3. l. aut facta. §. fi. ff. de pœnis Bart. in tract. ad reprimen. ver. multorum cum cæteris alleg. per Cara. in prag.
4 1. de exul. num. 4. † Et pondera duo verba posita in Potestate, verbum excessus, quod de sui natura comprehendit omne genus maleficiorum Bald. in l. si quis in hoc in fin. C. de Episc. & cler glo. in c. cum illorum, §. qui si claustrales in ver. nisi excessus extra de senten. excom. Alex. in l. aut facta in princ. ff. de pœn. item verbum Inconueniens: quod accipitur non pro actu punibili cum ille comprehendatur sub ver. excessus, sed pro actu reprehensibili & est quando aliquid fit contra bonos mores Bal. cós. 4. num. 1. lib. 1. & in cons. sequen. num. 1. circa medium, & iste actus reprehensibilis aliquando est impunibilis, vt puta licitum est contrahentibus adinuicem se decipere, l. in causæ 2. ff. de mino. & tamen hoc est reprehensibile bono viro glos. in l. semper in stipulationibus, ff. de reg. iur. Ias. & cæteri in l. si quis in conscribendo. C. de pact. Tertium fuit pacare Prouintias à vexatoribus : & à delictis istorum exulum eas redimere ibi (*inquietando lo quieto viuere*) & ista debet esse principalis intentio Principis l. fi. §. fi. ff. de re mili. late per And & Affli. in Const. pacis
5 cultum. † Quarta ratio, qua motus fuit Princeps ad concedendum istam Potestatem, fuit triplex: quæ ex proæmio colligitur, immo alioquin frustra poneretur proæmium Bal. in §. quibus num. 3. C. de nou. Co. faci. l. fin. & ibi Bar. & alij ff. de hered. instituen: Barba, cons. 20. nu. 18. vol. 2. cotes per Cassa in prin. proæm. consuet. Burgun. Prima fuit numerus exulum inquietantium subditos R. M. ibi (*che la multitudine de forasciti*) & ista videtur ratio finalis vt dicit Cara. in prag. 1. circa prin. de exul. & Principis est, delicta extirpare, excessus corrigere, & mores reformare, vt in proæm. Clem. §. 1. Secunda ratio est, ad obuiandũ futuris excessibus ibi (*& s'astengano da committe*

[illegible] , [illegible] frustra [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] Regem. [illegible] Principis est [illegible] pen-dere [illegible] quod [illegible] nō [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] nonen [illegible] hoc idem [illegible] ex [illegible].

S V M M A R I V M.

1 An potest[illegible] ista sit delegabilis, & [illegible], & quem fundamenta pro parte negatiua,
2 Limitatur in casu necessitatis,
3 Non procedit de consuetudine tribunalis,
4 Regula quod electa industria personæ est prohibitiua delegationis limitatur septem modis remissiue.

1 QVAERO. An potestas ista sit delegabilis? & duæ fuerunt opiniones Prima negatiua Montel. in 4. lit. arbit. incip. iuris censura in verb. committimus, vbi dicit, quod potestas illa arbitralis concessa officiali non potest delegari, quē secuti fuere aliqui ex Dominis meis in Regia Audientia, & probant istam opinionem per verba Potestatis, Primo per illud verbum (*à voi al presente Gouernatore*) quod sigillat personam Præsidis, sicuti & verbum Tu, vt ipse solus possit hoc facere, & non possit alios delegare Montel. in cit. loco, quia videtur electa industria personæ, l. inter artifices de solut. l. 1. §. ne autem. C. de cadu. tollen, cum vulga. Gram. cons. 64. nu. 4. in fin. & 5. &

5.& in vot 3.num.37.in fin.& 38. cum cæteris alleg. per Anto.de Nigris in cap.Reg.si cum sceleratis num. 4 Secundo per illa verba *(commandamo tanto à voi, &c.)* verbum enim mandamus vel præcipimus importat, vt nec Principis delegatus possit delegare glo. 1. circa medium l.sæpe audiui.ff.de offic. Præsi. quam totus mundus approbat, vt dixit Alex.in l.& quia ff.de iurisdict. om. iud. Vant.in tract nullit.ver. de nullit.ex defectu iuris. num. 21 Tertio per verbum debet relatum ad Præsidem, & sæpius repetitum in Potestate, quod importat necessitatem, vt ipse faciat.glo.in clem.1.§. hoc igitur in ver. debeant de statu mont.cum alijs alleg. per Vant. in lo. alleg. Quarto Præsidi fuit data potestas ratione confidentiæ, quam de eo habet lex vt diximus in q. præced. & ideo videtur electa industria personæ ipsius cap. fin. §. pen.vers.cum his extra de offic. deleg. Bald. cons. 148. col. 2.vers.sed ad hæc respondetur lib 3. Gramm. cons. 303 num.2.Butr.cons 48.in fin. Quinto indicere bellum est de reseruatis Principi: vt probauimus in q. 3. sub. Præd.Qualitatis,& quando conceditur aliquid reseruatum Principi, non potest delegari, vt late per Carau.in rit.47.Maran. in spec. distin. 5. num. 69. Sexto quando mandantur grauia, & ardua, prout est in casu Potestatis, tunc ea delegari non possunt.Ias.in l. more. num. 65. ff. de iurisdict. om. Iud. Doct. in. l. 1.de offic.eius.Septimo pro ista opinione possunt adduci septem fundamenta, quæ posuimus sub Prædic.Qualitatis.q. 3. in opinione affirmatiua, & re vera non potest negari, quin potestas non sit fundata in persona Præsidis, & idcirco sit inde-
2 legabilis. Verum duobus in casibus posset delegari.† Primo in casu necessitatis præcisæ non autem causatiuæ l. 1.vbi omnes ff.de offic.eius Ias.& cæteri in l.Imperium. ff.de iurisd.om.Iud.Cara.in terminis in ritu 2.num.20. Montel.in lo.prælleg.vers.Potestas.4.lit.Marsi.in tract.
3 Ban.vers.Commissario.† Secundus casus est, si ex c

H 4 suetu

suetudine effecta fuisset in aliquo Tribunali delegabilis, Bar. in l. nemo vers. induco ad quæstionem ff. de duobus reis per l. si prius § 1. ff. de aqua plu. arcen. & l. quod si no lit § qui assidua ff. de edil. edic. Apost. ad Bart. ibidem in lit. A & istum casum similiter ponit Cara. in d. ritu 2. nu. 20. in 2. limit. & ita fuit practicatum in istis Prouintijs, quia Don Franciscus de Mendozza olim Gubernator delegauit Me; & alios cum eadem Potestate, & Carolus Gambacort. ad præsens Gubernator delegauit similiter Me, & alios, à quibus omnibus fuerunt non dum capti, & inquisiti forasciti, sed vltimo supplicio quoque damnati. & in Prouintijs Calabriæ fuit delegata Potestas ista Auditori Robertuccio, Fabritio Iannuncio procuratori fiscali illius Audientiæ, & alijs, & in cæteris Audientijs audiui similiter potestatem istam fuisse factam delegabilem, & crederem, quod isti reiterati actus sufficerent ad inducendam consuetudinem. Bald. in l. 3. numero 5. & ibi glos. C. de Epis. And. glo. & Bart. in rub. C. quæ sit long. cons. cum alleg. per Gramm. Decis. 36. numero 9. & quatenus non sufficerent, dico quod princeps fuit certioratus de istis delegationibus: & de effectibus inde secutis & non solum commendauit, sed etiam præcepit solui dietas aliquibus delegatis, & quod à Principe sciente de facto tolleratur, perinde habetur ac si esset concessum Iaso. in l. vbi pactum numero 27. C. de Transact. Afflict. in Const. pœnam eorum numero, 15 vers. 8. si Regij Capitanei cum aliis allega. per Felyn. in cap. 1. col. 6. vers. limit. 3. de Tre. & pa. hinc videmus, quod licet procedere ex processu informatiuo spectet solummodo ad Mag. Cur. Vic. per c. Reg. si cum sceleratis vbi expresse notat Ant. de Nigris, in princ. & numero 24 Franc. Decis. 143. tamen de consuetudine est dilatata ad Regias Audientias & perinde obseruatur, ac si à principe haberent licentiam. Carau. in ritu. 259 numero, o. non obstante ... final. de offic. iustit. quæ licentiam à Collaterali

requi-

requirit, sed quibus deleganda sit, dicemus in sequent. q. & si vis videre limitationes ad regulam, quod electa industria personæ, est prohibita delegatio. vide Carau. in ritu 2. numero, 20 qui ponit 7 lim. late Menoch. de Arbitr. lib. 1. q. 54. Capra. in reg. 29.

SVMMARIVM.

1 *Potestas militaris potest delegare Regijs Auditoribus tantum.*
2 *Aduocato fiscali etiam potest delegari,*
3 *Auditores delegati non possunt delegare.*

1 QVAERO, ex quo potestas ista consuetudine à Principe tollerata effecta est delegabilis. an omnes delegari possint? istam quæst. ponit Vant. in tract. nullit. senten. ex defectu iur. deleg. num. 38. vbi ponit tria impedimenta: quæ retardant ne alicui possit delegari, & sunt natura, leges, & mores, super quibus ipse fatigat per multas columnas, & quia non intendo esse nudus relator, remitto me ad illum. Et quoad rem attinet concludo, quod potestas ista non potest delegari nisi Regijs Auditoribus, & hoc probatur. Primo per tex. in cap. ex literis extra de in integ. restit. vbi glos. in ver. vices suas dicit, quod ideo valuit delegatio in casu illius, c. quia fuit facta coniudici & collegæ, vnde in casu delegationis collegæ erit deleganda per illum text. cum glos. quam sequitur Vallas. in l. Imperium numero 219. ff. de Iuris. om. iud. Purpu. in l. 1. num. 260. ff de offic. eius Menoch. de arbitr. lib. 1. q. 54. nu. 46. Sed Auditores sunt collegæ ipsius *Præ*sidis, & æqualiter in literis Regijs vocantur Regij consiliarij, & administratio competit cuilibet insolidum Car. in ritu 53. nu. 2. ergo &c Secundo, ratione confidentiæ fuit concessa potestas militaris *Præsidibus* vt diximus in q. 1. istius prædic. in 1. conciu. sed eandem confidentiam habet

habet Princeps de Auditoribus, nam Regij Auditores habent ordinariam iurisdictionem in Prouincijs & in eius maius Imperium omnibus sicuti, & Præses l.4. l. de omnibus, & l. sequen. ff. de offic. Præsi. Carau. in ritu. 230. num. 7. & etiam absente Præside causas terminant. vt in prag. 9. de offi. iust. & ita practicatur. Cara. in ritu. 64. nu. 3. & in ritu. 53. nu. 2. ergo &c. Tertio, vigore istius potestatis iura transgrediuntur vt late scripsi sub Præd. substantiæ in 3. q. sed maiores magistratus solummodo hoc facere possunt. prout sunt Auditores in Prouin. Rolan. à valle conf. 70. num. 25. lib. 1. qui alios allegat Marf. in §. diligenter num. 76. in prax. crim. ergo ipsis solummodo potest delegari. Quarto, ista videtur fuisse mens Principis nam volens prouidere Præsidibus de Consultore, mandat, quod si pro executione Potestatis intendit vti voto alicuius, quod vtatur voto Auditoris, vt in illis verbis, (*è parendoui necessario*) cum sequen. clare demonstrans, quod in casu delegationis Auditores sunt delegandi, per ea, quæ voluit Ias. in l. 1. num. 28. ff. de offic. eius, & Cassa. in consuet. Burgun. rub. 1. ver. & droiez num. 81. & 82 & hoc colligitur ex præsumpta mente Principis, quæ etiam ex alijs coniecturis colligi potest, de quibus per Bald. in l. omnes Populi num. 17. & 18. ff. de iust. & iur. Quinto, dico quod si non delegantur Auditores, alij non possent delegari, quia consuetudo delegandi tollerata à Principe, est super personis Regiorum Auditorum fun-
2 data vt supra diximus. † Crederem etiam, quod posset delegari Regius Aduocatus fiscalis: per ea, quæ voluit Carau. in pragm. 1. de exul. num. 56. quia de eo similiter multum confidit lex & tanto magis potestas ista delegari posset Dominis collegis meis, quanto Cæteris Doct. præstantiores sunt, & ex omni parte perfectiores, incorruptibiles & prudentes. & in summa reperies in istis dominis Auditoribus, & Regio Aduocato fiscali 17. qualitates: quas enumerat Afflict. in Const. vt vniuersis num.

41. easque dicit esse necessarias Regijs Consiliarijs, &
3 & Ferret. de antiqu. instau. cap. de consilijs. † Sed Auditores delegati, non poterunt subdelegare, ne in infinitum protrahatur potestas, & ex alijs iustis causis. glo. magna in princip. cap. super quæstionum. §. porrò extra de offic. deleg. cotes per Vant. in loco præallegato. numero. 19. & 27.

S V M M A R I V M.

1 *Diffinitio Passionis.*

De Prædicamento Pati.

1 PASSIO est effectus, illatioque actionis Gilber. in proprio cap. l. aut facta §. persona ff. de pœnis l. testamento centurio. ff. de manumis. testa. Menoch. in d. q. 11. num. 18. lib. 1. & ideo quæram de pœnis forascitorum, consanguineorumque eorum: & de specialibus inductis contra ipsos.

1 De pœnis forascitorum, & auxiliatorum,
2 De pœnis eorum consanguineorum,
3 De specialibus Potestatis.

S V M M A R I V M.

1 *Forascitus potest impunè offendi,*
2 *Qualiter puniantur de iure communi exules,*
3 *Incessus per Campaneam absque delicto qualiter puniatur*
4 *Qualitates Potestatis probandæ sunt per fiscum,*
5 *Delictum præscriptum non potest amplius puniri,*
6 *Exules status Ecclesiæ non possunt puniri in Regno,*
7 *Banniti qui non incedunt per Campaneam non comprehenduntur,*

8 *Iur.*

8 *Iure probibetur auxilium sceleratis.*
9 *Pœna auxi liatorum est arbitratiua.*
10 *Enumerantur casus in quibus determinatur pœna,*
11 *Modus puniendi remissiuè.*

PRIMO quæro, quibus pænis puniantur isti forasciti, & eorum auxiliatores? & quia forascitorum tres sunt species, & duas tantum comprehendit potestas vt declarauimus sub *Præd.* Qualitat. q. 2. ideo procedam per
1 conclusiones. † *Prima* forascitus per *Potestatem* istam effectus est hostis publicus, vt probaui in q. 1. sub *Præd.* Qualitat. & dicam in specialibus ergo, potest impunè occid l 3. §. fi. ff. de sycar. Affli. in Consti. pænam eorum nu. 47. Bart. in l. amissione. §. qui deficiunt ff. de cap. dimin. Et ideo contra eos inductum est bellum, vt dicam infra q. 3. spec. 1. quare poterit iudex eundem forascitum ad mortem damnare, vt dixit *Par.* de put. de synd. ver. latro cap. 1. num. 2. maximè si forasciti effecti sint foriudicati vigore Regiorum bannorum ex quo se non præsentarũt infra decem dies in illis statutos, quo casu cum effecti sint vere foriudicati possent similiter capitaliter puniri,
2 vt in Const. pænam eorum, & ibi late per Affli. † Lim. 1. vt non procedat de iure communi, nam isto iure distinguendi essent tres casus, videlicet aut forascitus grassatur per Campaneam incedendo in comitiua, sed nullum fecit delictum, aut fecit vnum tantum delictum sine interemptione hominis, aut fecit plura delicta in Campanea: *Primo* casu est pæna relegationis, Secundo casu dãnationis in metallum, & Tertio capite punitur, & ita intelligo tex. in l. capitalium § grassatores ff. de pænis hoc quoque sentit Cepolla in Authe. sed nouo iure nu. 103. cum quinque sequen. & declarando istam lim. dico, quod licet pæna damnationis in metallum recesserit ab aula, tamen eius loco successit damnatio ad triremes, vt dixit Cap. Decis. 153. Anto. de Nigris in c. item prædicti admi

rati

rati in prin. Clar. in prax. crim. q. 67. vers. item damnatio & in locis in quibus non est in vsu relegatio eius loco suc cessit exilium, seu confinatio Clar. in ea. q. ver. fin. & ideo secundum istud ius per solum incessum per Campaneam forascitus non posset damnari nisi ad exulandum, vel relegari in partibus, in quibus est in vsu, & si vnicum tantum delictum commiserit in Campanea posset damnari ad triremes si vero plura ad mortem, vt dixi sed vigore istius potestatis aliter est, vt nunc declarabo.

3 † Lim. 2. vt non procedat contra illos forascitos, qui nullum delictum commiserunt, sed solummodo reperiuntur inquisiti de incessu in comitiua forascitorum per Cãpaneam, quos licet comprehendat potestas vt dixi in q. 2. sub eo. *Præd.* qualitatis, tamen de consuetudine, & obseruantia non condemnantur ad mortem, sed ad remigandum, & ita quotidie obseruatur, vt dicit Carau. in prag 1. de exul. num. 187. in vno tamen casu esset pœna capitalis vigore vltimi Banni. videlicet si reperirentur quatuor simul armati armis forascitorum in Campanea & essent diffamati quod sunt homines malæ vitæ, & famæ, ex quo tantum absque alio delicto possent damnari ad mortem, vt in banno. primo fol. 89. vers. *(decbiarando, & ordinando)* & dixi in 3. q. *Præd.* quantitatis requisi.

4 17. † Lim. 3. vt nõ possint cõdemnari ad mortem, si fiscus vel pars non probauerit qualitates, quæ requiruntur vt intret *Potestas* militaris de quibus dixi in q. 2. sub *Præd.* Qualit. quia qui se fundat in qualitalibus, illas probare debet & illis cessantibus cessaret dispositio legis, Dec. cons. 13. nu. 7. in fi. *Paris.* cons. 62. cum cæteris allegatis in

5 d. q. 3. *Præd.* Quantitatis requisi. 18. † Limit. 4. si delictũ esset præscriptum, vt puta si essent elapsi 20. anni à tempore, quo forasciti grassati sunt, qui deinde quietè vixerunt, nam isto casu nec inquisitio contra eos formari posset l. querela, & ibi Bal. Saly. & cæteri. C. de fal. cum allegatis per Anto. de Nigris in c. Reg. ad hoc vt nostrorum

num.

num. 97. & tempus currit siue interueniat scientia siue ignorantia delicti secundum com.opin. Anto. de Nigris in cit.lo.& Marsi.in cons.87.num.15.nec vigore Potestatis militaris,vel cuiuscunque alterius liberi arbitrij poterit reijci exceptio præscriptionis, quia ius quæsitum nec à Principe tolli potest.Bar.in Tract.ad reprimen. ver.videbitur.circa fin.Amed.de synd.num. 146. cum sequen. Cotes per Menoch. lib.1.q 49.vbi de com. & diffusè de
6 hoc loquitur. † Lim.5. vt non procedat in forascitis status Ecclesiæ,qui grassantur per Regnum, nam licet fuissent capti per officiales Regios tamen illos remittere tenentur ad officiales Papæ, vigore capitulationis factæ inter eundem Papam, & Proregem 16.augusti 1585. vt in cur.3.fol.283.& ita seruatur,& me consulente Gubernator Prouintiarum Aprutij remisit hucusque ad officiales Papæ,30.forascitos,qui grassabantur in Prouin. præ-
7 dictis.† Limit. 6. vt non procedat in forascitis, qui non incedunt per Campaneam, sed ratione delicti reperiuntur extra locum & Curiam vbi deliquerunt, & habitant in alio loco,nam licet isti sint contumaces, & banniti illius Curiæ tamen ex quo non incedunt per Campaneam in comitiua aliorum forascitorum, non comprehenduntur sub potestate,quæ loquitur de illis forascitis,qui vim committunt in Campanea,vt in illis verbis *(contra quelli forasciti, &c.)* & ita fuit declarata potestas per Proreg. dubitante regia Audientia Calabriæ 23. Septembris. 1583.in cur.1.Calab.fol.33. & tandem ad instantiam Ciuitatis Neap.vt dixi in q.2.sub Præd.Qualitatis posset ista concl. lim. multis alijs modis sed tempus non pati-
8 tur,& negotia officij me auertunt. † Secunda concl.respicit auxiliatores delinquentium, & dico, quod à iure prohibetur dari auxilium sceleratis hominibus l.per omnes in fin.C.de defens.Ciuit.Bonacos. in suis qq. crimin. vers.auxiliator.sed qua pœna feriatur præstans auxilium, non determinatur per d.l.ergo illius pœna relicta est arbi

trio

trio iudicis l. 1.§.expilatores ff.de effract. cum alleg.per
9 Caff.in cõsuet.Burgun.rub. 1.§.8.in prin.vlt.col.† Firmo
igitur concl. quod pœna auxiliatorum est arbitraria,& licet nonnulli tenuere.quod auxiliator puniatur eadem pœna,qua& principalis,tamen verior & æquior opinio est, vt non teneatur eadem pœna, sed alia arbitraria, Marsi.cons.30.num.18.Cassa.d:rub.1.§.5.num. 12.idem Marsi.in cons.47.num.3.7.& 8.Luc.de pen.in l.1. C. de desert.lib.12.num.7.in fin.quod etiam habebit locum in receptatoribus latronum, vt eadem pœna non puniantur.Marsi.& Cassa.in locis præalleg.Bald.in l.2.C.de his, qui latrc.cum cæteris alleg.per Menoch.de arbitr.lib.2. q.348.& late per Boss.tit.de rapinis.& ista pœna arbitraria alteratur attenta qualitate personæ,quæ receptauit, & quæ fuit recept Luc.de pen.in d.l.1.Attenditur quoque tempus,si auxilium fuit præstitum ante delictum, in delicto,vel post delictum,Menoch.eod.lib·q.349. cum 4 sequen.quoad pœnam mitigandam, vel augendam attenditur similiter modus auxiliandi,videlicet si consilio, armis, pecunia, vel alio modo fuerit præstitum, vt per Luc.de pen.in d.l.1.C.de desert.Marsi.cons 47.num.7.&
10 8.† Fallit ista conclu in casibus, in quibus à iure determinatur pœna contta auxiliatores,nam tunc ea pæna puniuntur,& non arbitraria,prout est in l.1.de abig. quã declarat Menoc.in d.q.348.in fi l.1.C.de deserto lib.12. l.3.ff.de offic.præfect.vigil.l.eos C.de furt.l.castigati C. ad l.Iul.de adult.l.3.§.non solum ff.de incen.rui.nauf.l.si quis seruum C.de plagiar.l.vnica §.fin.C.de crim. pecu. & in alijs multis ll cap.pragm. & statutis sunt determinatæ pœnæ istorum auxiliatorum,quas referre potius esset laboriosum, quam vtile, & contra receptatores fuerunt in Regno emanata plura iura,capi.Reg.pragm. 1.2.3.& 4 de recept.& 6.de offic.iudicis pragm.1.de persequen. malefact.& licet in d.prag. & in alijs iuribus municipalibus Regni esset determinata pœna receptatorum, latronum

tronum

res non puniebantur, sed præmium consequebantur, vt refert Titus Liuius, Similiter & apud Aegyptios vt in Thestore in sua offic. in c. incipientes populorum diuersi mores, & facit tex. in l. 2 §. postea cum Appius ff. de orig. iu. vbi legitur Gne. Flaui. propter furtum tres dignitates consecutum fuisse, & in Ciuitate Theatina extat consuetudo, quod si pugno occidatur homo, nulla pœna criminali punitur occidens, sed tantum pœna 5. carolenorum Camerario illius Ciuitatis applicanda, & è contra Regio aliquando grauat pœnam, & consuetudo delinquendi, l. nonnunquam ff. de priua. delict. l. nemo C. de Episc. Aud late per Cassa. in consuet. Burgun. §. 1. rub. 1. ver. fil. renchiet. num. 9. siue in mari sit, siue in terra, Bald. in l. data opera num. 19. & 24. C. qui accus. non pos. & facit non delictum graue delictum, Ecce in Regno Siciliæ adest prag. quod occidens vitulam puniatur pœna mortis etiam si fuerit Dominus vitulæ: & modus exequendi pœnas capitales varius fuit vt dixi, apud Commissarios Campaneæ, & multos recitat Iodoc, in prax. crim. cap. 153. num. 2. & cap. 86. nu. 7. in isto vero Regno est in vsu furca, rota, & diuisio in frustra.

SVMMARIVM.

1 *Propter atrocitatem criminis sæpe vnus punitur pro alio,*
2 *Qualiter puniantur consanguinei forascitorum,*
3 *Enumerantur* 10 *præsumptiones contra consanguineos,*
4 *Ex præsumptionibus qualiter quis possit puniri,*
5 *Enumerantur personæ, quæ possunt disterrari,*
6 *Possunt puniri consanguinei etiam pœna pecuniaria,*
7 *Possunt puniri etiam pœna corporali, & alijs pœnis,*
8 *Designantur locus disterri: & milliaria,*
9 *Dantur remedia consanguineis ne exfractent.*
10 *Ponitur materia banni exfractationis remissiuè.*

QVAERO, An consanguinei forascitorum possint aliquo modo puniri? & dico quod licet pœna suos debeat tenere auctores, tamen propter atrocitatem criminis, sæpe vnus punitur pro alio, vt dixit Ana. in cap. dilectus il 2. il 6. col. ver. ex atrocitate de Simo. quem, & alios refert, & sequitur Hyppo. Mar. de ban. ver. atrocioribus num. 14. & inuenio plures pœ-
2 nas impositas fuisse consanguineis forascitorum. † Prima est, quia possent disterrari, & exulari à Prouintia, vt in vltimo banno in Cur. pri. Aprutij, fol. 127. l. iure prouisum & ibi Bart. C. de fabricen. lib. 11. Bald. in 1. num. 8. C. ne fil. pro pat. glos. rubr. C. de decret. decur. lib. 10. & in Florentia adest statutum, quod vno de agnatione delinquente, cæteri agnati teneantur, quod statutum dixit valere Corset. in sing. stat. 10. & in terminis, quod possint expelli Ias. de actio. §. actiones autem num. 73. cum sequen. & ista est comm. opinio Deci. in cap. cognoscentes de Const. num. 8. & super disterro istorum fuit emanata pragm. annis præteritis, quæ est pragm. 1. de exul. & in Prouin. Aprutij fuit emanatum bannum per Carolum Gambacort. Gubernat. quod non solum fuit commendatum, sed rescripsit quoque excell. Prorex, quod nemini facturus esset gratiam. vt in cur. prim. Aprut fol. 54. & ita obseruauit, reclamantibus quibusdam consanguineis Marini Matriciani de Loreto, & Bernardini de Attissa publicorum forascitorum: & hoc est permissum ratione publicæ vtilitatis, vt per multa dixit Felyn. in cap. 2. de Const. Et vltimo loco mandauit Prorex Comiti Vgenti, vt disterraret huiusmodi consanguineos certo modo, vt in cur. prim. Aprutij fol. 127. & ibi dat potestatem Præsidi designandi locum, in quo debeant permanere, nec obstat, quod pro delicto alterius nemo debet puniri cap. non debet, & cap. damnum extra de regu. iur. l. sancimus, C. de pœnis cum vulgaribus, quia pœnam istam patiuntur consanguinei ob pro-

prias culpas præsumptas à lege, quia præsumuntur, quod isti consanguinei faueant forascitis, vt dixit Carau. in pragm. 1. de exul. nu 79. & 80. & quia quotidie practicatur ista materia subijcere placuit 10. præsumptas culpas
3 istorum. † Prima est, forasciti indigent victu, qu a non præsumuntur viuere de vento l. fin. in fin. C. de al men. pupil. præstan. l. sed si lege §. quod autem cum glos. erogatiet ff. de petit. hære. quem victum præsumuntur potius præstare consanguinei quam extranei ratione affectionis & sanguinis ar. l cum seruus extero ff. mand. Alcia. de pręsump. Reg. 1. pręsump. 20. & 50. Ponta. in tract. de alim. cap. 10. Secunda est, quod isti forasciti quotidie fugantur à Curia, & occultantur, ita quod non possunt vllo pacto inueniri, & quia infamia esset communis cum consanguineis si caperentur ergo ab ipsis præsumuntur occultari l. 1. & 2. ff. de libera. cau. faciunt not. per Blanc. in l. fin num. 173 ff. de quæst. Tertia, lex, & natura ipsa præsumit quod amor istorum consanguineorum detineat forascitos in locis vbi morantur, & hinc videmus, quod in illis vt plurimum grassantur, & vt cessset ista causa possunt consanguinei expelli, de quo amore præsumpto locutus fuit Alciat. de præsumpt. lib. 1. præsump. 36. Quarta, præsentia, & assistentia istorum consanguineorum in Prouincia vbi forasciti grassantur reddit ipsos audaciores, prout de rixantibus dicit Bald. in l. ob hæc verba de infa. Blanc. in d. l. fin. num. 236. Quinta. Curia, vt experientia docuit, semper est suspecta, & timida propter præsentiam istorum consanguineorum, & multoties retardat prouisiones contra istos forascitos propter istum timorem, & sic indirectè fauent ipsis. Sexta à communiter accidentibus docti fuimus, quod consanguinei istorum forascitorum, qui alias nec fodere, nec mendicare erubescebant: hisce temporibus non solum effecti sunt diuites, sed pecuniam ad vsuram præstant, quam habent à forascitis, & ideo videntes, quod absque

ſudore veſcentur pane,& abſque pondere carne, fauent foraſcitis,& illos defendunt,ar.l.hæc autem §.1.ff.quib. ex cau.in poſſeſ.Alcia. de præſumptio. Reg. 1. præſumptio.22.Septima,iſti conſanguinei vt plurimum ſunt viles,& pauperes:quibus deficit victus,& ideo de ipſis malum præſumendum eſt Luc.de pen.in l.5.nu. 179.C.de Agri. & cenſi.Octaua, clarum eſſet, quod ſi conſanguinei voluiſſent,foraſciti recederent & cum poſſint prohibere, & non prohibent delinquere videntur l. iure prouiſum cum gloſ. C.de fabricen. lib.11.Nona reſpicit filios: qui præſumuntur eſſe huiuſmodi naturæ, cuius ſunt Patres, nam ex mala progenie mali deſcendunt, & ideo diſterrari poſſunt vide Foller. in Conſt. 1. num. 85. Alcia.de præſump Reg.1.præſump.24.Luc. de pen. in l. 5.num.171 C.de Agrico.& cenſi.lib.11.Decima.Præſumit.lex,quod iſti foraſciti ſaltim metu pœnæ conſanguineorum retrahantur à delicto, vt in patre pro filio dixit Bald.in l.ſancimus C.de pœnis Imol.in l.cum filius ff.de ver.oblig.Alex. in l. ſæpe ff. de re iudi. Bart. cum apoſt.
4 Alex.in d.l.iure prouiſum. † Ex quibus præſumptionibus licet non poſſint conſanguinei damnari ad pœnam ordinariam,de auxilio præſtito foraſcitis, tamen poſſunt aliqua pœna modica extraordinaria puniri, non ſolùm diſterratione, ſed carceratione, & alijs arbitrarijs pœnis Hyppol.in rub.C.de proba.nu.230.cum ſequen. & in l. repeti.ff.de quæſt.late per Felyn.in c.Paſtoralis.§.penul. de offic. deleg. & ſuper hoc facit regulam Diaz in Reg.
5 370.† Et non ſolùm iſti conſanguinei diſterrari poſſunt, ſed factioſi quoque, etiam quod non ſint conſanguinei foraſcitorum, quia iſti factioſi ſunt inquietatores pacis, prout in Ciuit.Therami familiæ Flaſtorum, & de Marinis,In Montaneis Montorij familiæ de Iannectis, & Sabatucijs,in Francauilla familiæ de Barutijs & Benedictis, & hoc probat Barba.in proæm.clem. cum infinitis alijs allegatis per Ioan.Neuiz.in ſua ſylua.lib.4.nu.177.& ita
pra-

practicaui in Regno Siciliæ contra quosdam factiosos Ciuitatis Girgenti, non solum factiosi, sed partiales quoque, qui alteram factionem sequuntur, quia isti magis infectant, quam factiosi, vt dicunt præfati Doct. & de iur. com. possunt etiam expelli rixosi, & iniuriosi l. si vbi omnes notant ff. de offic. procur Cæsa. siue vir siue fœmina sit Gram. in Const. quæ passim nu. prout contingit Tarquinio Superbo l. 2. §. exactis ff. de rig. iur. & Alex. rixosos in Ciuitatibus diuisit, Cæsar ec priuauit de legionibus, quorumdam ex illis vita priuas Ferret. de antiqui. instau. tit. de tuto exer. Meretrices qoque expelli possunt l. nullus & ibi Castren. C. de sum Trin. Affli. & Gram in d. Const. Item Lænones vt in auten. de læno. in fin. Gram. in d. Const. Iodoc. in prax. cri. cap. 91. Item Vsurarius publicus Affli. in Const. vsuranrum Luc. de pen. in l. deuotum col. 2. C de metal. lib. 1 Item Vagabundi per pragm. 1. de vagabundis & per alim nouellam prag. & multæ aliæ personæ enumeratæ pe Luc. de pen. in l. 1. C. de metat lib. 12. & ratio est, quia prædictæ personæ factis, & moribus inquietant Ciuitatem Bald. in d. l. fin. Iodoc. in prax. crim. c. 63. nu. 11. faciut alleg. per Boer. in tract. de sedit. 2. præsupposito facit ext. in l. 1. & 2. C. de sedit. Amici quoque forascitorum gore vltimi ban-
6 ni in cur. pr. Apr. fol. 127. † Secunda, qe imponitur consanguineis non exfractantibus est pœr. ducatorum mil-
7 le, vt in d. pragm. 1. de exul. circa fin. Tertia est pœna corporalis arbitraria Proregi, quæ in eadem prag. comminatur & hoc est mirum, quia quandoquis punitur pro delicto alterius non potest puniri corpraliter. Bald. in l. 1. C ne filius pro pa. cum alijs alleg. pe Ias in §. actiones autem nu. 73. & sequentib. Alias quoqe pœnas vidi in diuersis bannis Commissariorum, & qia potest alterari secundum diuersitatem Regionum, & qualitatem forascitorum crederem, quod arbitrio Psidis posset imponi, & Prorex pœnæ quantitatem reliquit arbitrio C

roli Gambacort. Gubr. & Commiss. contra forascitos in Prouin. Aprut. vt aparet in instructionibus sibi datis & registratis in Cur. Sc die 16. Octobris, 1584. qui aliquando poterit etiam pœnam corporalem imponere contra non exfractiares, & erit quando vltra contemptũ fuissent forsan incipati de auxilio præstito prædictis forascitis, prout seruri vidit Carau. contra quosdam de terra Montis Corbin vt ipse testatur in d. prag. 1. num. 83. & contra consaguineos eorum forascitorum, qui post publicationem infrascriptarum literarum Regiarum commiserint compositiones seu vt dicitur recaptũ Prorex imposuit penam hominibus fustigationis, & quinque annorum a triremes, mulieribus verò fustigationis si non exfractauerint infra terminum dierum, 8. à die commissi deiti compositionis, quæ literæ fuerunt emanatæ die 21. Ianuarij, 1586 vt in banno. pri fol. 128.

8 † Et per quot milliria possint disterrari non potest dari certa doctrina, id relinquitur similiter arbitrio Præsidis, nisi aliter priceps mandauerit prout mandauit in d. pragm. 1. fieri pe 30. milliaria extra Prouintiam, & prædicto Carolo mandauit quod exfractandos confinaret in Ciu. Salerni, in alleg. literis Regijs extra Prouin. in locis declarandi per ipsum Proregem, & in Regno Siciliæ disterrantur extra terram, in qua habitãt. Ego vero materiam istam exfractationis practicarem prout diffusius dixi in quodam meo discursu, quem anno præterito confeci contra forascitos, in quo videbis 10. causas,

9 quæ pariunt forascitos, & totidem remedia. † Verum si consanguinei istorum desiderant remedia ne exfractent Primum erit mortis forascitis quorum consanguinei sunt Bald. in l. omnes populi nu. 16. ff de iusti & iur. cum alijs alleg. per Hipol. Marsi. in Tract. bann. vers. mortui num. 70 & in ver. homines num. 21. tunc enim repatriare possunt. Secundum si probabunt esse homines bonæ vitæ, & famæ, vel inimicos forascitorum, aut nullam cum

ipsis

ipsis præter consanguinitatis gradum portionem habere. Cara. in d. prag. 1. de exul. nu. 82. & ratio est, quia probatio ista bonæ famæ tollit præsumptionem malæ famæ. Felyn. in cap. cum contingat col. 2. de rescrip. Boss. tit. de fauorib. defens. num. 13. Tertium per consignationem dictorum forascitorum sunt liberati: vt dicitur in dictis literis Regijs. Quartum si offerunt facere aliquod seruitium contra forascitos, dandus est eis aliquis terminus, vt in dictis literis, & instructionibus. Alium quoque modum practicaui in Proui. Apru. nempè, quod consanguinei caueant ne forasciti intrent in Prouintijs, nec delicta committant, & cautione fracta fuit exacta pœna, immo quibusdam reclamantibus non fuerunt exauditi à Prorege, prout fuit Doctor Lucas Marcellus de Scurrano. Sextum remedium erit si probabunt non esse in eo gradu consanguinitatis in dictis pragm. bannis, & literis Re
10 gijs expresso. † Et de materia istius banni extractatione vide Bal. in loco præalleg. & Nell. de ban. in 2. par. 2. tēp. num. 41. cum sequentibus.

S V M M A R I V M.

1 *Sub ista quæstione continentur centum specialia.*
2 *Requisita in modo scribendi.*
3 *Quare auctor pauper.*

1 TERTIO quæro, quot sint specialia exulum, & militaris potestatis? Quæstio ista erit satis vtilis, quia continebit centum specialia, quæ elucidabunt totam materiam super quibus breuiter, & remissiuè loquar, quia adeo me occupant onera officij quod vix lecta ad
2 opus de nocte accommodare possum. † Et requisita in modo scribendi, & sciendi teste Hugo. lib. 3. didascalico desiderant mentem humilem, studium quærendi, vitam quietam, scrutinium tacitum, paupertatem, & terram re

motam, quæ omnia his temporibus mihi desunt excepta paupertate, & nimirum, quia cum Caio Gracco reuerso à Prouintijs in quas cum Imperio à Populo Romano missus fuerat dicere possum; In Regno Siciliæ versatus sum quinquennio; In Prouin. Aprutij, & Terræ Bari quatriennio. Triennio apud Samnitos, & per multos annos in Iurisdictionibus Columnensium, & nemo dicere vere poterit assem, aut eo plus me in muneribus accepisse, aut mea opera quempiam sumptum fecisse, sed satis diues sum, quia diuitias non desidero, & meliora sentio, & expecto, quæ refert Nacta in lib. de pulchro lib. 4. fol. 97. Scio etiam me esse humilem, & scit ipse Deus scrutator omnium; Sed vt detractoribus assentiam fateor esse superbum: verum satis superque satis securus sum, quod mea superbia nunquam nocuit.

SVMMARIVM.

1 *Contra exules potest procedi ad Modum belli, & militari modo.*
2 *Probatur de iure diuino.*
3 *Probatur di iure positiuo.*
4 *Practica istius specialis.*

1 PRIMVM speciale est Præses Prouintiæ dum est in persequutione potest procedere contra exules ad Modum belli, alio vero tēpore debet procedere militari Modo vt in illis verbis Potestatis (*Possiate, & debbiate procedere ad Modum belli, & militari Modo*) quod intellige
2 prout diximus in Præd. Subst. q 2. † Istud Spec. probatur tam per diuinam scripturam, quam per ius positiuum, legitur in diuina scriptura bellum fuisse motum propter diuersas causas; quas recitat Luc. de pen. in l. 1. nu 23. cum sequen. C. ne rusti. lib. 11. Primo propter latrocinia, & malefactores latitantes 1. Reg. cap. 24. Item quando sub

diti

diti se rebellant 2.Reg.Cap. 18. vbi totus Populus egressus est contra Israel & 3.Reg.cap.20. Item contra illos, qui non patiuntur Regnum esse quietum.Macchab. 2.c. 14.vel contra eos, qui negant transitum innoxium, & impediunt liberum commerciũ,vt eo.lib.cap.5.& Deutero.2.prope.fin.facit tex.in c.notandum 23.q.2.cum multis alijs allega.per Luc. de pen. in loco allega. & per
3 me in proæm.quæ omnia grauant exules. † De iure positiuo probatur istud speciale per l. 2.C. de his, qui latro. vbi militare auxilium mandat implorari contra istos tenet Paris de synd.verb.latro cap.1.nu.2.Bar.in tract. qui sint rebelles ver.rebellando num.21.& in quæst.Lucanæ Ciuitatis num.18.Alciat.in l.quos nos hostes §.1. ff. de ver.sign.Bart.in l.hostes.ff.de capt.& post.reuer. Bal. in repetitione. l. qui restituere. ff. de rei vendi. Cotes per
4 Luc.de Pen.in l.1.C.vt armo.vsus lib.11 † Practica certa istius specialis dari non potest, quia causa, persona, locus, tempus, qualitas, quantitas, & euentus illam variare possunt.l.aut facta, ff.de pæn.sed in isto modo procedendi, duo erunt fundamenta vniuersalia. Primum tenetur Præses seruare solemnitates iur. gent. quas posuimus sub Præd.subst.quæst.3.Secundum debet reicere solemnitates iur.ciu.vt dixi in Præd.Quando quæst.1. & in Prædica. quant. q.8.

SVMMARIVM.

1 *Contra auxiliatores exulum potest procedi ad Modũ belli.*
2 *Quid sit auxiliator, & quotuplex remissiue.*

1 SECVN. non solum contra forascitos procedi potest ad Modum belli, & militari modo, sed contra eorum auxiliatores vt dixi c. Relatio. q. 1. quod per multas rationes, & iura hoc fuit probatum: quibus addo text. in l. 3.ff.de offi.præfect.vigi.vbi potestas præfecti vigilum extenditur

tenditur ad receptatores, & ad alios auxiliatores, & expresse hoc probatur 2.Reg.cap.8.vbi fuit motum bellum per Dauid contra syriam Damasci, eo quod ferebat auxilium ad Deser.hoc idem firmat Luc.de Pen.in d.l. 1. C.
2 vt armor.vsus lib.11.num.23 ver.10 contra.† Et in d.q. videbis quid sit auxiliator, & quot sint eius species, & de pœnis auxiliatorum in 1.q.istius Præd.

S V M M A R I V M.

1 *Potestas militaris comprehendit piratas.*
2 *Arbitrium concessum contra latrones extenditur ad Piratas.*

1 TERT. comprehendit quoque potestas Piratas; qui grassantur in mari. Bart. in l. 1. in fin. C. de classi.
2 lib.11.† Quia arbitrium concessum contra latrones extenditur ad piratas vt in cap. Reg. Prouisa iuris sanctio vide Corset.in singul.ver.Iurisdictio cum cæteris per me alleg. sub eo.Præd.Relat.q.3.circa finem.

S V M M A R I V M.

1 *Extenditur Potestas ad causas præteritas, & pendentes.*
2 *Extensio ista fit quo ad modum procedendi remissiuè.*

1 QVARTVM extenditur ista Potestas ad causas forascitorum præteritas, & pendentes declarando
2 prout fuit dictum in d.q.3.vbi firmaui.† Quod ista extensio fit quo ad modum procedendi non autem quoad pœnam.

S V M M A R I V M.

1 *Comprehendit Potestas incidentia emergentia, & dependentia*

pendentia.

2 *Vnumquodque probatur remissiuè.*

1 QVINTVM comprehendit etiam incidentia, emergentia, dependentia, & connexa Bart. in tracta. ad reprimen. ver. summariè num. 20. Vrsil.
2 in Afflict. decis. 227. † & vnumquodque istorum ad plenum probaui in 2. q. sub eo. Prædicamen. Relat.

S V M M A R I V M.

1 *Mouere bellum spettat ad Principem.*
2 *Potestas mouendi bellum est dilatata ad Præsides.*
3 *Bellum exulum est proprium bellum.*

1 SEXTVM licet spettet ad solum Principem mouere bellum, & arma. l. 3. ff. ad l. Iul. Maie. & l. 1. C. vt armorum vsus lib. 11. Guid. Papæ decis. 191. num. 3. & 4. siue Princeps sit temporalis siue Ecclesiasticus. cap. qui culpatur §. fin. iunc. glos. in ver. Princeps 23. q. 1. quod mouere non debent nisi prouocati, & iustis ex causis, vt latè per Lancill. in templo omni. Iud. lib. 1. cap. 1. § 3. tit. bel-
2 la prouocatus & per Guid: Pap: in d. decis. † Tamen vigore istius potestatis hodie Potestas ista est dilatata ad Præsides Prouin: qui poterunt contra forascitos semper bellum mouere absque licentia, & vti prorogatiuis istius belli, quibus minime vti possent cum iurisdictione ordi-
3 naria. † & est proprium bellum, quia capti efficiuntur capientis, & per capita illorum, vel indultantur capientes si sunt rei vel gaudent præmio, virtute Regiorum bannorum, & istud bellum habet suas leges militares contentas in bannis, sicuti cætera bella, & quando leges dicunt, quòd manu militari possunt exequi sententiæ, vel quid simile fieri, vt in l. qui restituere. ff. de rei vindica. non intelligas quod sit proprium bellum, sed improprium in

quo

quo capti non efficiuntur capientis, & illud mouere pos
set Præses iurisdictione propria, & potestate iuris prout
magistraliter declarauit Luc.de Pen.in d.l.1.num.2. vs-
que ad 4.C.vt armorum vsus.

SVMMARIVM.

1 *Præses efficitur Capitaneus guerræ per potestatem.*
2 *An sint Præsides subiecti Comestabulo.*

1 SEPTIMVM ex quo Præses habet potestatem milita-
rem, & potest mouere bellum contra forascitos, effi
citur per istam Potestatem Capitaneus guerræ, seu magi
ster militum contra eosdem. ita sentit Bart. in l. qui resti-
tuere paulo post principium ff. de rei vendic nam qui ha
bet Potestatem mouendi bellum, Dux belli dicitur, de
quo loquitur tex. in l. conuentionum in fin ff. de pact. &
in l. officium ff. de re mili. Regens exercitum voeatur, &
istud spec. in terminis probat Capy. in decis. 27. num. 3.
cuius creatio ad solum Principem spectat, vt dicit Capy
in d. decis. num. 8. & eius officium consistit in x. quæ enu
merat tex. in c. ius militare distin. 1. & aliqua in d. l. offi-
cium, & latè per Luc. de Pen. in l. tribuni. C. de milit. lib.
12. & per Ferret. de antiquit. inst. tit. de arma secula. mili.
per totum, & cum istud bellum contra forascitos sit pro-
prium bellum, & dixi supra in 6. spec. ipsi quoque Præsi-
des propriè Capitanei guerræ dicũtur, & sic vocauit Col
laterale Concilium Dominum Comitem Vgenti in plu-
2 ribus literis Regijs.† Et forsan dici poterit, quod ratione
istius Potestatis sunt subiecti Magno Comestabulo, quia
omnes Capitanei ad Guerram, & cuncti officiales belli
M. Comestabulo sunt subiecti Luc. de pe. in l. tam colla-
tores in fi. C. eo. ti. Cap. in d. decis. nu. 4. quam dignitatem
hodie habet Illustr. & Excell. D. MARCVS ANTON.
Columna Iunior in isto Regno Dominus meus, & de isto
offic.

officio vide Frec.de subfeu.lib.1.de offic.mag. Com.

SVMMARIVM.

1 *Præses potest vocare Barones, & conducere militiam,*
2 *Maiores à prouisionibus generalibus sunt excepti.*

1 OCTAVVM sequitur ex præcedenti, quod vigore istius potestatis poterit Præses vocare Barones Prouintiæ, vt clarius declarauit *Prorex* Comiti Vxenti per instructiones, & banna vt in cur.pr.Apr.fol.127.ac etiam conducere militiam, & alia necessaria facere pro exequutione istius belli.Capic.decis.27.nu.4.Luc,de pen.&
2 alij relati in præcedenti spec. † De iure vero communi esset secus, quia maiores personæ à prouisionibus generalibus sunt exceptæ l.item apud labeonem §. hoc ædictum ff.de iniur. Affli.in Const.vt dignitatum, sed incõsulto *Prorege* hoc non facias, quia vidi aliquas literas reprehensiuas contra Guber. *Prouin.* ex quo conduxerunt aliquos milites contra forascitos.

SVMMARIVM.

1 *Contra forascitos Præses habet merum Imperium,*
2 *Quæ sit hodie iurisdictio Capitaneorum.*

1 NONVM sequitur ex prædictis, quod Præses contra forascitos habet merum Imperium, quia magister militum merum Imperium habet, vt dicit Franc. in dec.88.& est tex.in d.l.tam collatores § quoniam vero, & ibi Luc.de pe.n.26.& in l.1.& 2.C.de offi.magist.mili
2 vide Capi, decis.27.per totam.† Iurisdictio vero Capitaneorum hodie est determinata per prag.2.de milit. ver. (*che i delitti, & disordeni*) & in d.pragm. designatur noua militia, & dantur instructiones, quid autem importet

habere

habere Imperium merum recurrendum est ad l. Imperium ff. de iurisdict. omn. Iud.

SVMMARIVM.

1 *Potest Præses prouidere ea, quibus indiget istud bellum,*
2 *Regulariter absque licentia Principis non potest impendi pecunia fiscalis.*

1 DECIMVM non solum iurisdictionem habet in exules, sed habet quoque Potestatem prouidendi ea, quibus indiget istud bellum, vnde poterit impendere pecuniam fiscalem: eam accipere sub vsuris: remunerare & alia facere, exceptis quibusdam reseruatis Principi: vt singulariter consul. Bald. cons. ..part. 5. Ias. in l. 1. num. 11. in 2. & 4. limit. & Comiti Vxenti fuit data Potestas impendendi ducatos duomillia seruitio istius belli vt in cur. pri. Apru. fol. 127. Probatur quoque illud speciale per supra notata in Præd. Situs q. 2. concl. 4. † Regulariter verò absque licentia Principis non potest impendere pecuniam fisc. Bald. in l. 1. C. de præb. sala. lib. 10. & Ias. in loco præalleg.

SVMMARIVM.

1 *Præses cum forascitis potest facere treguam non pacem,*
2 *Non potest indultare sed guidare.*

1 DECIMVM Primum Præses ex quo est Capitaneus ad guerram contra forascitos poterit cum illis treguam facere, sed non pacem, notata supra in Præd. Quant. q. 2. l. conuentionum in fin. iunc. glos. ff. de pact. & ibi Bart. expresse no. & Ang. & Castr. ibi tenent contrarium, idcirco distinguendum est, vt per Luc. de pen. l. tam collatores num. 3. lib. 12. quod aut expedit hoc fieri ad

ri ad commodum, & honorem eius, cuius bellum geritur, & tenet quod actum est per ipsum, aut non expedit & non tenet. arg. l. pactum procuratoris C. de pact. & l. qui fundum §. tutor. ff. pro empto. aut vero est dubium, & tunc si bona fide facit, nec vlla prius malæ gestæ rei eius culpa præcessit, valet tregua arg. l. cum plures §. 1. 2.
2 & 3. ff. de administr. tut. † Ex prædictis ergo apparet, quod Præses non potest indulgere forascitis, benè tamen poterit illos guidare, quia primùm esset facere pacem, secundum vero treguam Bart. & Bald. in d. l. conuentionum, cum dictis supra in d. q. 2. sub Præd. Quant. & ideo consultus respondidi Guber. Prouin. Apru. quod cum familijs de Iannectis, & Sabatutijs non poterat ipse facere pacem, nec interuenire donec inter ipsos agebatur, & consulto de hoc Prorege dedit licentiam, & fuerunt guidatæ, & pacificatæ, sed pax ista facta timore curiæ parum durauit, oportet extirpare istas familias, quia non solum inquietant Regnum sed statum quoque Ecclesiæ.

SVMMARIVM.

1 *Contra deseruientes in isto bello Præses habet iurisdictionem.*
2 *Modicum delictum in bello est Capitale.*

1 DVODECIMVM contra milites deseruientes in isto bello habet quoque iurisdictionem *Præses*, & contra alios similiter, qui quoquo modo attinent ad bellum vt sunt Alguzerij, Magistri actorum, Scribæ, & Ministri
4 Iustitiæ. † Quos etiam pro modico capitaliter punire poterit. Capic. decis. 27. num. 2. vbi dicit, quod in bellicis pro quolibet etiam modico imponitur pœna capitis, hinc videmus, quod qui rem prohibitā à Duce, fecit, aut mandata non seruauit: capite punitur, etiam si res benè gesserit l. 3. §. in bello ff. de re milit. & qui Ducem in periculo deserit, vel non protegit cum potest, illo occiso ca-

pite

pite puniendus est d.l 3.§.fin. Item si quis deserat excubias palatij Ducis belli eadem pœna damnatur l.qui excubias ff.eo. tit. & in summa omnis contumacia contra ipsum Ducem commissa per milites capitalis est, & omne minimum delictum Capitale efficitur, vt in d. l. 3. & Luc.de pen.in d.l. tam collatores num. 2. & audito per Alex. damonem & Thimotheum Macedones per vim cognouisse fœminas quasdam, ipsos sine venia, & misericordia vlla interfici præcepit, vt refert Ferret.de antiqui.instau.tit.de milit.iust. num. 13. Pessenius niger Romanorum dictator necari iussit milites 10. qui pullum gallinacæum ablatum cuiusdam prouintialis commederunt restituto decuplo præcio d.Prouintiali,& quibusdã pro eis intercedentibus interdixit ignem, & cibum coctum; vt ibi num.2. Alex. ob desertionem custodiæ Orsoratem interfecit, alias pœnas refert Ferret. in loco alleg.quas vide, vt scias punire milites nostros, qui maiori pœna digni sunt, quam forasciti: loquor de malis, nam isti milites securi grassantur in terris. forasciti saltim cum periculo in Campanea.

SVMMARIVM.

1 *Præses potest vti brachio militari pedestri, & equestri.*

1 DECIMVM tertium contra istos forascitos potest Præses vti brachio militari tàm pedestri, quàm equestri l. 2. §. fin autem C. de his qui latro. & in §. sed etiam pro vbertate in auten. de mand.Princ. & ita de facto fuit seruatum in Proui. Apru. & obseruauit Princeps, vt supra.in d.q.3.sub præd.Situs num.3. & mihi concessa fuit ista potestas per multos Præsides: cautius erit habere licentiam à Principe, quia non semper hoc approbat.

SVM-

SVMMARIVM.

1 *Persecutores exulum possunt portare arma probibita,*
2 *Regulariter Præses non potest concedere licentiam portandi arma.*

1 DECIMVM quartum, potest Princeps persecutoribus exulum dare licentiam portandi arma prohibita vt in prag. 7. de armis, quæ licet loquatur solummodo de Capitaneo Campaneæ, & Socijs, ac de fratribus iuratis, tamen idem dicendum erit in alijs, qui destinantur,
2 seu conuocantur ad persecutionem istorum. † Nam licet Præses non possit concedere portationem armorum prohibitorum: vt firmauit Luc. de pen. in l. 1. num. 45. C. vt arm. vsus lib. 11. & prag. 3. eo. tit. de arm. tamen ex caussa possunt concedere, & nulla causa poterit esse magis necessaria, quam ista Luc. de pen. in d. l. Iser. in Const. Castellanis, Cassa, in consuet. Burgun. rub. 1. nu. 109. & ita obseruatur, quia milites ad persecutionem forascitorum vtuntur armis prohibitis.

SVMMARIVM.

1 *Pro delictis factis in statu Eccles. potest procedi ad modum belli,*
2 *An iudex delicti teneatur remittere,*
3 *An delinquens extra territorium puniatur pœna statuti originis remissiuè.*

1 DE Ç. 5. non solùm pro delictis commissis in Prouintia, sed etiam pro delictis commissis in statu Ecclesiastico vigore nouæ capitulationis factæ inter Papã, & Proregem, in qua disponitur, quod subditi Regis delinquentes in statu Eccles. perinde puniri possunt ab of-

K ficiali.

ficialibus Regijs,ac si deliquissent in Regno, & è contra subditi Ecclesię pro delictis commissis in Regno possunt puniri à ministris Eccles.& vnus alteri tenetur remittere vt apparet in ordinationibus contra forascitos in cur.3.
2 fol.283.& ita seruatur.† Et hoc est speciale ; quia de iur. comm. Iudex delicti prefertur omnibus , & non solùm non tenetur remittere, sed ab alijs petit remissionem §. si vero qui compræhensorum in authen. vt nulli Iud. Bart.Bald.& cæteri in l.1.C.vbi de crim.agi.opor Cyn. in authen.qua in prouintia eo. tit. & ista est com. opin. Cæpol.in cons.crim.58.nu.2.ver. & videtur dicendum, & non solum procedunt prædicta , quando loca, & officiales sunt sub eodem Præside, seu superiore:sed etiam si dominia fuerint distincta,Cæpol.in eo.cons. licet de cō suetudine non fiant istæ remissiones à iudicibus non sub ditis eidem superiori.Bald.& Castr.in d. l. 1. C. vbi de crim.agi.opor.Cæpo.in eo.cons.Gram.decis.26. num.3. cum alleg.per Clar.in prax.crim.q.38.vers. sed certe,& ver. hoc tamen , vbi ex mente aliorum dicit istam esse com.opin.tàm iur.ciuil quam iu.can. & Couar. pract. q. cap.11.num.10.dicit,quod ista sententia est com. recepta à toto orbe Christiano in vsu , & praxi. quo vero ad alia Regna subiecta eidem Regi nostro disponitur per prag.3.& 6.vbi de delic.qu.con.quod delinquentes tran seuntes ad Reg. Siciliæ vltra farum remittantur ad suos
3 iudices competentes. † An delinquens extra territoriū puniatur pœna statuti originis.Marsi.de bannit.vers. delictis num. 88. & ita seruatur de transeuntibus ad Reg. citra farum.

S V M M A R I V M.

1 *Exules absque licentia possunt capi, & persequi,*
2 *De iure communi requirebatur licentia.*

1 DE.

1 DECIMVM sextum absque licentia ex quo bellum est indictum contra ipsos possunt capi, & persequi. Bald. in l. 1. in fin. ff. de iust. & iur. Alex. ad Bart. in l. si quis §. fin. ff. de alim. leg. Ang. in tract malef. ver. famam
2 num. 65. † sed de iure communi requirebatur licentia l. 1. & 2. C. quando lic. si. iud glos. & Doct. in l. fin. C. de exhiben. reis Hypp. Marsi. in tract. ban. in ver. capti num. 51. & ad plenum de captura reorum Gomez. in tom. 3. tit. de capt. reorum.

SVMMARIVM.

1 *Pro retentione exulum nemo committit priuatum carcerem.*

1 DECIMVM septimum Retinens istos forascitos in domo vltra 20. horas non committit priuatum carcerem Alberi. in tract. statu. q. 95. Foller. in pragm. de foriudic, num. 24. & ideo dixi, quod quidam de fabritijs de Terra Rosciani, qui detinuerant quendam Tonnum Turis maioris publicum forascitum non poterant molestari: ex quo animo consignandi Curiæ eum receptauerunt: prout mihi consignarunt, & ipsum trahere feci ad caudam æqui per terram Montis Odorisij & in partes diuidere laqueo suspenso.

SVMMARIVM.

1 *In omni loco exules possunt capi.*
2 *Captura debet esse cum certis conditionibus alias sunt restituendi.*

1 DECIMVM, octauum in omni loco tam profano quam Ecclesiastico, tam in territorio subiecto Præsidi, quàm extra vsque ad certa, milliaria, & cum certis

K 2 con-

conditionibus poterit Præses capere, & persequi istos fo rascitos: vt in Præd. Vbi q. 2. enormitas enim delicti operatur, vt non sint securi in aliquo loco, sed possint vbique capi, & puniri: l. vnica C. de rapt. virg. cum alijs alleg. per
2 Marf. in tract. ban. ver. atrocioribus nu. 6. † Et si aliter capti fuerint liberandi sunt, dico in loco Ecclesiastico c. sæpe de resti. spoliat. Bart. in l. presenti §. 1. in fin. C. de his, qui ad Eccles. conf. Montel. in pra. arbitr. par. 6. q 2. num. 20. & restituti, seu liberati non possunt statim capi. nam debet esse libertas talis, quod pro tunc difficilis sit persecutio, & capt. Bar. in l. 1. §. omnia in fi. ff. de acquir. rer. dom. quem refert, & sequitur Montel. in cit. lo.

SVMMARIVM.

1 *Possunt forasciti contumelijs affici & verberari,*
2 *Per capturam expirat licentia verberandi.*

1 DECIMVM nonum isti forasciti possunt contumelijs affici dum capiuntur, & impunè verberari Bar. in l. nec in ea ff. de adult. Felyn. in d. c. quæ in Ecclesiarũ nu. 14. in fi. cotes per Alex. in Bar. in d. l. lit. d. & si se defendunt, occidi possunt Bol. conf. 62. Marf. in tracta. Ban.
2 ver. ab offensis nu. 22. † Sed postquam capti sunt donec ducuntur ad Curiam non est amplius licitum: quia per capturam expirat licentia iniurandi Marfi. in eo. tract. vers. capti nu. 12. cum alijs alleg. per Fely. in c. cum iuramento de homic. volunt. & ad quæ se extendat Potestas ista, quod possint contumelijs affici, & verberibus cedi vide Luc. de pen. in l. 1. C. de priuileg. scol.

SVMMARIVM.

1 *Etiam in bonis possunt depredari exules,*
2 *Qualiter intelligatur prædictum notabile,*

3 Cui

3 *Cui sint consignanda reperta pœnes exules.*

1 VIGESIMVM non solum contumelijs affici possunt in persona, sed in bonis quoque, quæ pœnes ipsos reperiuntur, nam, & depredari. & impunè auferri possunt & efficiuntur capientis Fely in c. quæ in Ecclesiarum nu. 14 ver. no. 2 de Const. Boss. in tit. ban. quid amit. num. 9. Bar. in l. vt vim nu. 2. ff. de iust & iur. & l. 1. ff. de aleæ lusu & alea. quem dicit esse meliorem de iure Bal. in l. fi. nu. 4. C. si cont. ius vel vtil. pub. Marsi. de ban. vers. mortui nu. 125. & ratio est, quia in isto bello sicut in alijs bona hostium licitè capi possunt Franc. de Aret in l. 1. ff. de acq. re dom. Bar. in l. naturaliter §. item quæ ex hostibus ff. eo. cum cæteris alleg. per Ferret de antiq. inst. tit. de iust.
2 & iniust. bel. nu. 178. † Sed prædicta intelligas in continenti si depredetur, & spolietur, secus verò si ex interuallo, quia tunc nec furari, nec minus spoliari potest Castr. cons. 33. in fin. Fely. in d. c. Nell. de ban. in 2. par. 3. temp. nu. 3. Marsi. de ban. ver. incontinenti nu. 15. vbi referens Bal. dicit, quod derobans bannitum mortuum debet fur-
3 ca suspendi sicut famosus fur, & ita obseruatur. † Et boni milites reperta pœnes foraicitos consignant Præsidi vel Commissario ad quos spectat æqualiter ea diuidere inter capientes secundum personarum qualitates c. dicat aliquis 23. q. 5. c ius militare dist. 1. Bar. in d. §. item quæ ex hostibus. Item intelligas in bonis mobilibus non autem in bonis immobilibus. Bar. in eo. §. super quibus aliqua dicemus suo loco.

SVMMARIVM.

1 *Forasciti possunt impunè occidi.*
2 *Declaratur qualiter procedat.*
3 *De iure communi banniti non possunt impunè offendi.*

1 VIGESIMVM primum Tam vigore Potestatis, quam Regiorum bannorum possunt isti forasciti impunè occidi, quia effecti sunt hostes publici Mars. cons. 11. cap. cum homo, & ibi glo. 1. in fin. 23. q. 5. Doct. com. in l. 1. & 2 C. quan. lic. si iud. Par. de syn. ver. latro. nu. 2. & ob publicam vtilitatem l. & stat. id permitti potest Doct. com. & præsertim Bar in l. omnes populi. q 3. & in l vt vim. ff. de iust. & iur. Afflict. in const. penam eorum Cotes per Ias. in l. si plagiarij num. 2. ff. de ver. oblig. Mars. de bann. vers. mortui num. 20. Bos. tit. Banniti quid amittant Cæpol. cons. 8. & ista est magis com. opin. Clar. in §. homicidium ver. plerunque faciunt allegata supra in 1. Spec. & pro regula hoc firmat Felyn. in cap. quæ in ecclesiarum num. 3. de Const. vbi ponit multas limit. quod homicidium permittitur etiam aliquando à iure diuino 25. q. vlt. cap. occidit. Cotes per Marsi. de ban. vers. mortui nu.
2 124. † Et prædicta intelligas donec sunt in capiendo; nam postquam capti sunt non possunt occidi, quia nec in bello licito hoc liceret. Mars. in l. 1. nu. 7. de sica. supra in spec. 19. & expresse firmat Alci. de verb. signi. l. pupillus:
3 §. 1. † De iur. vero com. banniti non poterant impunè offendi. Bart. in l. vt vim in princ. ff. de iust. & iu. de com. Clar. in d. lo. quia d. iu. non sunt hostes publici. vt latius in spe. 63. & ibi vide.

SVMMARIVM.

1 *Occidentes exules nec tenentur pæna æterna,*
2 *Non procedit si fiat vindicta.*

1 VIGESIMVM secundum & non solum occidentes non tenentur pœna temporali, sed nec pœna æterna Felyn. in cap. quæ in ecclesiarum num. 14. de Const. cum alleg. per Carau. in pragm. 1. de exul. num. 91. & licet nonnulli tenuerunt istos teneri pœna æterna, quia

statu.

ſtatutum in temporalibus tantummodo poteſt diſponere. Marſi.in l.patre, vel marito num. 6. de quæſt qui refert alios, quem ſequi videtur Foll. in pragm. de foriudi. num.3.tamen prima eſt commun.opin. Carau. eo. in loco, & reſpondet fundamentis contrariæ opinionis in num. 83. & ratio poteſt eſſe, quia occiſores efficiuntur miniſtri iuſtitiæ, & ideo pœnam non merentur cap. reos
2 in fin. 23. quæſt 5. † Et contraria poſſent habere locum quando vindicta, ſeu cupiditate, & non zelo iuſtitiæ occiderent. Nell. in tracta. bann. in 2. part 2. temp. quæſt.11. Felyn. & Carau. in lo. allega. Boſ. ver. ban. quid amit. num. 4.

S V M M A R I V M.

1 *Poteſtas occidendi extenditur ad clericos contra laicos & è contra.*

2 *Per ſolam præſentationem banni debent caſſari acta à curia Epiſcopali.*

3 *Requiſita in primo notabili.*

1 VIGESIMVM tertium Poteſtas iſta occidendi foraſcitum extenditur ad clericos contra laicos, & ad laicos contra clericos foraſcitos. De primo Marſi. conſ. 11. per totum, & declarat hoc procedere quoad pœnam temporalem non quoad Irregularitatem probatur quoque quia de iur. diu. fuit permiſſum homicidium contra malos, & improbos etiam per manus ſanctorum Patruum: Moyſes occidit Egyptium malignantem cap. non inferenda 23. quæſt. 3. Helyas manu, & igne diuinitus impetrato multos morte affecit cap. ea vindicta ver. inde eſt 23. q. 4. Verbis Petri Apoſtoli Ananias & vxor eius exanimes ceciderunt, & ſepulti fuerunt vt in fin. d.
2 cap. † Et per ſolam præſentationem banni tenetur Curia Epiſcopalis deſiſtere à proceſſu inchoato, & caſſare omnia acta Marſi in fin. d. conſ. per Bart. in l. vbi pactu

K 4 num.

num.10.C.de transf.De ſecundo Anto. de Nigris in cap. miſericordiam num.21.Marſi.in d.conſ.11.num.14.† Et intelligunt duobus concurrentibus. Primum,quod ignorent occiſum fuiſſe clericum, Secundum quod Clericus effectus fuiſſet incorrigibilis & diſrobator ſtratarum, & Anto.de Nigris in d.c.refert fuiſſe quendam indultatum per capturam cuiuſdam clerici, qui erat capud foraſcitorum,& licet Marſi.in rub.de fideius.firmet contrarium in num.118.tamen placet mihi prima opinio, & cum diſtinctione Cara.in d.pragm.1.de exul.num.113.reſponderi poteſt Marſi. & alijs eum ſequentibus, vel dicas, quod opinio iſtorum non conſiderat iſtas duas qualitates ſupra poſitas,

SVMMARIVM.

1 *An poſſint foraſciti occidi proditoriè & cũ armis probibitis.*
2 *Firmatur opinio affirmatiua quoad proditionem.*
3 *Firmatur opinio affirmatiua quoad arma.*

1 VIGESIMVM quartum. Poteſt occidi foraſcitus etiã proditoriè,ſiue cum armis prohibitis. De primo Nell.in tract.ban.2.par.2.temporis.q.12.qui dicit hoc eſſe verum etiam de ſtricto iu.& Clar.in §. homicidium ver.ſed an licebit,dicit,quod ita ſeruatur, & Foller. in prag.de foriud.firmat, quod ſtatutum permittens occidi bannitos,ſemper fuit interpretatum à ſapientibus, vt liceret quoque per pecuniam,& odium particulare. Contrariam opin. quod non ſit licitum occidere proditoriè tenet Ang.ad Bar.in l.fin.C.de delat.lib.10. qui dicit ita fuiſſe practicatum Peruſij Marſ.ſin.16.& in rub.de fic.nu 12.cum cæteris alleg.per Cara.in prag.1.de exul.nu.32: & per Boſ.tit.ban.quid.amit.nu.1.& Clar.eo.in lo.dicit quod prima opin.fuit com. reprobata: ſed tene primam
2 duabus rationibus. † Prima,quia banna probant; in qui-

bus

bus dicitur, quod sit licitũ occidere omni meliori modo ergo etiam proditoriè; vt dixerè Cara. & Foller. in citatis locis. Secunda, quia isti sunt declarati proditores, & proditorio modo occidi possunt vt supra in spec. 88. in fin. & ita seruatur in pract. de Armis prohibitis est doct. Nell. in tract. Ban. in 2. par. 2 temp. q. 48. qui disputat hoc ad partes, & tandem concludit, quod est licitum occidere bannitum etiam cum armis prohibitis, tam in eundo ad occidendum quam in redeundo, dummodo non adsit magnum interuallum. Contrariam opin. tenet Foller. in prag. de foriud. nu. 17. Cara. in prag. 1. de exul. nu. 103. ra
3 tionibus de quibus per ipsos † mihi placet prima opin. per verba generalia banni: quæ permittunt quocunque modo & forma posse occidi, quæ generalitas comprehendit omnes modos excogitabiles reales, & personales directos, & indirectos glo. in ver. quomodolibet Clemen. 2. de sent. excom. Mars. cons. 80. num. 37. 38. & 39. & denotant exuberantem voluntatem statuentis Dec. cons. 137. num. 1. circa medium Par. cons. 25. num. 18. vol 2. & ideo non sunt restringenda, vt non sit licitum occidere cum armis prohibitis, & secundum istam opin. bis fuit iudicatum in curia Episcopali Therami in fauorem quorundam vassallorum d. Curiæ, qui occiderunt bannitum cum armis prohibitis & etiam associati ab alijs bannitis, & fuerunt liberati.

SVMMARIVM.

1 *An subditus possit occidere suum superiorem bannitum.*
2 *Concordantur opiniones,*
3 *Idem disponitur in consanguineis, & superioribus.*

1 VIGESIMVM quintum subdito quoque licitum erit occidere suum superiorem bannitum, siue sit subditus ratione patriæ potestatis, vt filius, siue dominicæ pote-

potestatis, vt seruus, & vassallus, aut ratione matrimonij, vt vxor, vel ratione profexionis & ordinis, vt Monacus, Bar. in l. si adulterium §. liberto ff. de adult. Cotes per Apost. Alex. in d. l. idem Bar. in l. minimè. ff. de relig. & sum pt. funer. & ista est com. opin. Clar. in §. homicidium ver. sed hic quæro. Contrariam opin. tenet Foller. in prag. de foriud. num. 13. Carau. de exul. prag. 1. num. 158. Mars. de ban. ver. lesæ Maiestatis num. 8. idem in sin. 210. incip. iura sanguinis, & per multa iura, & rationes secundum istam opin. consuluit Cæpol. cons. 5. & in num. 26. dicit istam esse veriorem, & tutiorem, & videtur communis

2 † Sed Fely. in cap. quæ in ecclesiarum num. 5. de Const. concordat istas opiniones, dicens, quòd prima opinio tenenda est facto homicidio, secunda ante factum, quia negari non potest, quin non sit crudele, & impium occidere prædictos; sed prima seruatur de facto, & vigore regiorum bannorum hoc est permissum sub verbis generalibus positis in illis, vt in præced. spec.

3 † quod intelligas etiam in coniunctis ratione sanguinis, vt sunt fratres, & cæteri consanguinei, ac etiam idem dicas licere superioribus in subditos, vt concludunt dicti Doct.

SVMMARIVM.

1 *Bannitus restitutus, sed non dum cancellatus potest occidi.*
2 *Materia restitutorum remissiue.*

1 VIGESIMVM sextum Si forascitus, seu bannitus fuerit restitutus, sed non dum cancellatus à banno adhuc poterit impune occidi, nisi probaretur de scientia occisoris; qui sciret bannum fuisse remissum. Bald. in l. labeo § 1. in fin. ff. de pact. qui dat cautelam, vt statim, facta solutione facias eum cancellari de libro bannitorum. idem Bald. in l. de ætate §. ex causa ff. de interrogat. acti. subdens, quòd ista est ipsa veritas; Istam opinionem tenet

tenet Iaſ.in l.ſi creditoris C.de fideicomm.& licet nonnulli tenuerunt contrarium,quos refert Iaſ. in dict. l. tamen cum Bald. eſt commun. opin. de qua teſtatur Boſſ.
2 in tit. Bannit. quid amit. num. 3. † Materiam reſtitutorum, & quid recuperant reſtituti vide Marſi. de bann. ver. reſtitutorum.

S V M M A R I V M.

1 *Homicidium exulum non rumpit pacem,*
2 *Guidatus repertus cum foraſcitis poteſt occidi.*

1 VIGESIMVM ſeptimum homicidium non rumpit pacem, nec quoad pœnam banni, nec quoad pœnam conuentionalem,ſiue fuerit facta pax ante,ſiue poſt bannum.De primo Bart.in l.eleganter §. fin. ff. de pign. acti. idem Bart.Alex.& Iaſ.in leg.qui ſeruum. ff. de ver. oblig. & in hoc concordant omnes, Bald. in l. iuriſgentium §. ſi paciſcar.ff.de pact.de cõmun.Iaſ in d.l.qui ſeruum num.5.De ſecundo videlicet de pace facta poſt bannum,Bart.in q. Lucanæ Ciuitatis, qui arguit ad partes,& tandem concludit,quod non rumpatur pax.Iaſ. in l. conuentionum num.2.ff.de pact. & ita fuiſſe iudicatum Florentiæ dixit Bald.in d.§.ſi paciſcar, & ratio vtriuſque eſt quia offenſio non dicitur fieri vbi nulla pœna reſultat. Corne.conſ.104.num.4.& 5.& conſ.175.num. 5.in fin.
2 vol.1.Carau.in pragm.1.de exul.num. 127.† Et ſi inuenerit foraſcitum guidatum in comitiua foraſcitorum non guidatorum poteſt eum occidere, & non frangit guidaticum Nell.in 2.part.2.temp.q.15.num.15.Folle. de foriud.num.21.

S V M M A R I V M.

1 *Exules capti in iſto bello poſſunt venundari,*

2 Sta-

2 *Statutum quod capiens bannitum efficiatur eius Dominus valet.*

1 VIGESIMVM octauum. Cum istud bellum contra forascitos iusta ex causa indictum sit vt in 1.spec. sequitur, quod forasciti capti venundari possunt, prout de captis in alio bello hostium dicit tex. in §. serui cum glo.Inst.de iu.person l.transfugam cum glo.ff.de acquir rerum dom.Ferret.de anti.inst.tit.de iust.& iniusf.bel.nu. 176.quod intelligendum est, non prout fit in belto hosti li,sed seruata l. istius belli, quæ est posita in duobus bannis Regijs vbi disponitur,quod capientes istos forascitos si sunt delinquentes possunt indultari de suis delictis sin autem,possunt vendere caput,& gaudere premio seruatis quibusdam solemnitatibus de quibus ibi.& ego enumeraui in 3.q.sub Prædic. Quantita. & sic aliquo modo verificatur, quod capti efficiuntur capientis saltim quo ad commodum;nam viuum eum tanquam seruum reti-
2 nere non posset tot.tit.C.ne Christianum mãcip.†Et statutum quòd capiens bannitũ efficiatur eius dominus valet.Fely. in c.cum omnes col.2.de Const.Bos.in tit.ban. quid amittant num. 9. in fin.

S V M M A R I V M.

1 *Odium exulum extenditur ad consanguineos.*

1 VIGESIMVM nonum Odium istorum exulum extẽditur ad eorum consanguineos, qui respectu ipsorum possunt disterrari,& exulare debent,supra q.2.istius Prædic.& ibi enumerantur quædam aliæ personæ, quæ similiter disterrari possunt pro bono regimine,& adsunt remedia ad euitandum disterrum.

SVM-

SVMMARIVM.

1 *Extenditur prædictum odium ad amicos,*
2 *Declarantur prædicta.*

1 TRIGESIMVM affligit quoque amicos ipsorum exulum; Nam Prorex mandauit Comiti Vxenti, vt ipsos exularet, vt in cur. pri. Aprut. fol. 159. † Verum distinguendum est, quod aut amicitia fuit contracta ante bannum, & non continuata post bannum, & isto in casu non loquitur bannum, quia non debet pro delicto alterius pregrauari cap. non debet aliquis de regul. iur. in 6. pro qua opinione allegat. 6. decis. Ias. in leg. si quis in suo §. legis autem C. de inoff. test. nisi in aliquibus casibus positis per Ias. ibi & per glos. mag. in summa. 1 quæst. 4 & nisi obstarent amicis præsumptiones, recitatæ in quæst. 2. huius Prædic. aut amicitia esset continuata, vel cæpta post bannum, & possunt exulari leg. vim passam §. mulierem ff. de adult. Sarm. selec. interp. q. 1. num. 10. probata magna, & intrinseca amicitia Marsi. cons. 74. numero. 14.

SVMMARIVM.

1 *Animalia bruta occasione exulum patiuntur,*
2 *In enormibus animal brutum potest puniri.*

1 TRIGESIMVM primum Animalia quoque bruta ratione ipsorum exulum quodammodo patiuntur: nã voluit Prorex, quod pecudes possint reduci propè loca habitata vt in illis custodes possint victum sumere dietim ad tollendum occasionem istis forascitis ne alentur pane illorum & ne ad eos accedant vt in cur. pri. Apru.
2 fol, 127. & hoc est speciale. † Quia licet propter enorme

crimen

crimen animal brutum puniatur c. mulier 15. q. 1. Marsi. in prax. crim. § diligenter num. 167. tamen intelligitur, quando animal est contaminatum in delicto, tunc enim si non propter culpã saltem propter memoriã facti puni tur d. c. & ratio istius Spec. esse potest pro faciliori executione istius belli, & captura exulum: quorum causa multa licita sunt Capitaneo ad guerram, nam tempore belli, & necessitatis posset Ecclesiam incastellare *Luc.* de pen. in l. si diuina. C. de exact. tribut. lib 10 Capic. decis. 17. num. 6. faciunt dicta supra in spec. 10. hoc tamen fuit solum permissum per 4. menses.

SVMMARIVM.

1 *In generali delegatione non venit confiscatio bonorum,*
2 *Vigore potestatis an possint bona exulum confiscari.*

1 TRIGESIMVM secundum licet regulariter in generali delegatione non veniat confiscatio bonorum, nisi fuerit crimen lesæ Maiestatis, Alex. cons. 13. num. 5. vol. 6. Bald. in l. fin. ff. de offic. præfect vigil. Cotes per Marsi. de ban. ver. bono num. 4. imò nec damnatio ad mortem operatur confiscationem bonorum, nisi expresse in sententia capitali publicentur, vel nisi expresse a banno, vel statuto dicatur Doct. in aut. bona damnatorum C. de bon. damn. Stepha. Aufrer. in decis. Thol. 150. Marsi. in tract. ban. ver. confiscata num. 2. & 3. & est com
2 munior opin. Boss. in tit. ban. quid amit. num. 10. & 11. ✝ Tamen vigore arbitrij concessi Præsidi per Potestatem militarem bona immobilia istorum possunt confiscari, Rolan. à val. cons. 16. num. 29. quia exules per potestatem militarem, & banna Regia effecti sunt hostes publici, & rebelles, quorum bona ipso iure fisco applicantur pragm. 1. de bon. prodit. & effecti sunt verè foriudicati Regiæ Curiæ ob lapsum 40. dierum, in quibus se non

præ-

præsentarunt secundum formam eorundem bannorum, quo casu deficientibus ascendentibus, & descendentibus fiscus succedit vt in constitu. foriudicatorum bona. etiam quoad bona existentia extra territorium; declarando vt per Alex.cons.31.num.5. vol.1.Carau. in rit.132 vide Bart.cum Apost.in l.1.num.51. C. de sum. trin.& fid.cath. sed Collat. Consil. noluit hoc concedere hucusque.

SVMMARIVM.

1 *Domus exulum possunt destrui,*
2 *Hyppothecatæ quoque destrui possunt.*
3 *An domus communis destrui possit.*

1 TRIGESIMVM tertium odium istorum forascitorum nocet etiam rebus inanimatis, quæ delinquere non possunt §.oportet autem in authen.de man.Princip.nam domus istorum possunt destrui per Præsidem l.si is cum quo ff.com.diu. cap. felicis de pœn. lib. 6. ibi fiant habitationes eius desertæ, vt non sit, qui eas inhabitet, dentur cuncta eius edificia in ruina, & ita seruat consuetudo Italiæ Boer.decis.230.Nonnulli vero tenuerunt contrariam opin.per tex.in l.cætera §. hoc Senatus ff.de leg.1.& l.nutu §.fin.de leg. 3.& dixit Anto.de Nigris in cap. Reg.nuper apud Tranum num. 82. quod ista est veritas, sed prima opin.seruatur de consuetudine, immo est verior de iure, quia allegata pro alia opin. procedunt solummodo in contumacibus simplicibus, & non in grassatoribus Campaneæ rebellibus, & foriudicatis, Anto.de Nigris d.cap.qui ponit etiam practicam, vt capta informatione, quod illa est domus forasciti instet fiscus esse destruendam, & deinde pronuntietur forè, & esse destruendam, faciunt etiam not. per Bart. in l. Attlheius §. de eo.ff.de aqua pluui. arcen. & ita seruauit Carolus Gam-

Gambacort. qui destruit domum Iulij Cæsaris Rosalis in Terra Columnellæ: & approbauit Prorex per literas Cancellariæ: vt in Prouin. Aprut. fol. 77. & tandem Prorex mandauit Comiti Vxenti, quod turres forascitorum Aprutij, & eorum Caporalium destrueret vt in Cur. prim. Aprut. fol. 127. sed quia Principes non semper laudant destructiones domorum dicerem, quod prius cerciorandus esset Prorex de valore domorum, & de causis quibus mouetur ad destructionem earum, & ita fuit rescriptum Gubern. Prouin. Aprut. qui prætendebat destruere domus forascitorum de Iannectis, Sabatutijs, & aliorum
2 vt in Cur. pri. Aprut. fol. 55. † Non solùm proprias domus istorum liberas, sed alteri quoque hypothecatas & venditas destruere poterit Hyppol. Bonac. in suis quæst. crim. in ver. destructio domus, per tex. in l. Senatus. ff. ad syllan. & quod ita de facto seruatur dixit Clar. in pract.
3 crim. q. 82. stat. 8. † Et communem quoque domum cum alijs, poterit demoliri. Philip. franc. in cap. felicis de pœn. in 6. Ant. de Nigris in d. c. apud tranum nu. 83 & an hoc sit simpliciter verum vide Corset. in sing. ver. cōmunitas. Sed quando adest interesse fisci cautius erit consulere Principem.

SVMMARIVM.

1 *Domus receptatorum possunt destrui,*
2 *Declaratur qualiter procedat.*

1 TRIGESIMVM quartum. Domus etiam receptatorum destrui possunt l. 1. §. Domini C. de his qui latr. & de pa. tenen. & iura. firman. §. receptatoribus iunc. glos. in ver. destruatur, & Prorex mandauit Guber. Prouin. Apru. vt destrueret quandam palumbariam existētē propè Amatricem, si erat verum, quod ibi receptabantur
2 Alexander Paulinus vnus ex exceptuatis, & socij. †

Quod

Quod intellige duobus concurrentibus ſcientia receptan tis,& quod potuerit prohibere, & non prohibuit gloſ. d. l.1.ff.de recept. Marſi. in l.1.§ præterea numero.28.de quæſt. Arn.in dial.45. Aret. in §.fin.Inſt.de iur.natu. gen. & ciui.

SVMMARIVM.

1 *Poſſunt cedi ſiluæ vigore poteſtatis,*
2 *Super prædictis conſulendus Princeps.*

1 TRIGESIMVM quintum. Dico etiam, quod Præſes Prouintiæ vigore iſtius Poteſtatis poſſet etiam ſil-uas cedere,& aliquas domus, quæ forſan impedirent ca-pturam iſtorum,& aliqui Commiſſarij ita practicauerũt moti forſan per conſ.Bal.232.vol.4.& per deciſ.Capi.27 nu.7.qui volunt,quod tempore belli, & neceſſitatis poſ-
2 ſint deſtrui ædificia, & caſtra. † Sed quia hoc poteſt eſſe magni periudicij non fiat inconſulto Prorege,&pro de-ſtruct ſiluæ crudelis voluit Prorex eſſe cercioratus vt 1. Apru.fol. 192. & pendet relatio.

SVMMARIVM.

1 *Occidentes exules gaudebunt præmio,*
1 *Quale ſit præmium.*

1 TRIGESIMVM ſextum,Non ſolum impunè occidi, & contumelijs affici tam in perſona,quàm in bonis poſſunt foraſciti vt ſupra explicatum fuit ſed occidentes gaudebunt quoque promiſſo præmio in ban. Reg. qui-buſdam ſolemnitatibus,& requiſitis obſeruatis, conten-tis in d.ban.& enumeratis ſub Præd.Quant.q.3. quod fa cere potuit Princeps ex cauſa publica, & pro communi quiete, vt homines alliciantur propoſitis pecunijs ad

extirpationem exulum Bart.Bald.& cæteri in leg. 2. per illum tex.C.quando lic.fin.iud.se vindic. Host. & alij in cap. 1. de consuet. cotes per Ias.in l. si plagij ff. de ver. oblig. de com. Clar. in §. homicidium ver. plerunque
2 etiam. † Præmium autem est secundum d.ban.venditio capitis forasciti capti, & etiam pecuniarium in aliquibus casibus expressis in d.ban.quos subicere potius laboriosum, quam vtile esset. Potest capiens indultari, in aliquibus quoque casibus poterit non vnum, sed plures reos nominare, & indultantur vt in d. ban.

SVMMARIVM.

1 *Exules non gaudent beneficio statutorum de iu. com.*
2 *Exules ob capturam exulum possunt indultari vigore Potestatis.*

1 TRIGESIMVM septimum Licet banniti, & exules priuentur beneficio statutorum vt notatur in l. 1. C.de hæred.instit.in tantum, quod si per statutum, vel bannum debet dari præmium indicanti malefactorem, non habet locum d.præmium si socius reuelauit socium, Ang.in l.1.§. si ex stipulatione ff. ad sillen. vide Afflict. in Const.si damna clandestina num.50.& l.4.in fin. ff.de
2 condit. ob tur.cau.† Tamen vigore Reg.ban.delinquentes, & exules capientes forascitos possunt indultari quibusdam obseruatis, quæ enumerantur in 3. quæst. Prædicamen. Quantita. hoc dixit Foller. in declarationibus indultus. Card.Pacec.col.3. qui allegat alios & ratio est; quia bannum est fundatum in iu. publ. Ancaran. in cap. canonum statuta de const. col. 68. Boss. in tit. ban.quid amit.num.7.vbi ponit istam q. & illam declarat pro qua faciunt etiam dicta sup.in Prædic.qual. quæst.1. num.2. & inf. inspec. 63.

SVM-

S V M M A R I V M.

1 *Indultus fiunt parte non concordata,*
2 *Et in præiud. Baron.*

1 TRIGESIMVM octauum Indultantur delinquentes ob capturam forasciti, vt in præcedenti spec. etiã
2 parte non concordata. † Et in præiudicinm Baronum. quod facere potuit Princeps per viam generalis dispositionis iustis ex causis Ias. in l. Barb. Phil. nu. 24. & 30. ff. de offic. Præt. Anto. de Nigris in d. cap. misericordiam numero 8. Carau. in pragm. 1. de exul. num. 171. Foller. in d. declar. & ista videtur comm. opin. ex allega. per Lancel. in templo om. Iud. lib. 1. cap. 1. §. 4. ver. statuit contra ius, & ita seruatur de facto ratione fauoris pub. Aym. cons. 5. num. 4. cotes per Fely. in cap. quæ in Ecclesiarum nu. 27. de Const.

S V M M A R I V M.

1 *Præmium bannorum competit etiam officialibus curiæ,*
2 *De iure communi non competebat.*

1 TRIGESIMVM nonum. Præmium competit etiam officialibus famulis Curiæ etiam salariatis, & alijs destinatis ad capturam forascitorum, vt dicitur in Regijs
2 bannis. † De iur. com. erat secus, quia necessitate officij cogebantur id facere Marsi. cons. 10. nu. 44. Par. de sind. ver. familiaris num 3. Bal. in l. 2. § vtrum, & ibi Bar. ff ad sillen Foller. de foriud. num. 23. de com. Carau. in prag. 4. de exul. num. 12.

S V M M A R I V M.

1 *Potest esse homicidium punibile,*

2 *Et tamen competit præmium.*

1 QVADRAGESIMVM potest esse, quod homicidium sit punibile, & tamen occidens forascitum gaudet præmio, nam occidens bannitum in terri-
2 torio alieno non euitat pœnam homicidij. † Et tamen meretur præmium statutum, & pollicitum in banno Bald.cons. 434.vol.5.Marsi.singu.294.cons.32.& in leg. eiusdem §. transfugas num. 3. ff. de fic. & nota, quia est singulare.

SVMMARIVM.

1 *Potestas competit Præsidi, & successoribus;*
2 *An de iur.com.transeat ad successores remissiuè.*

1 QVADRAGESIMVM primum, Competit Potestas militaris Præsidi, & eius successoribus, vt in illis verbis Potestatis(*Quanto à tutt'altri futuri Gouernatori*) vt supra in præd.Ager.q.1.conclu.2. De iur. com. non
2 transit ad successores Bar.in l.3.§.1.circa fi.ff.de dam.in fect.quod intellige, & declara vt per Menoch.de arbit. lib.1.q.68.quia non est opus insistere super hoc cum verba Potestatis sint clara.

SVMMARIVM.

1 *Potest ista Potestas delegari in casu necessitatis,*
2 *Regulariter non potest,*

1 QVADRAGESIMVM secundum, Possunt Præsides Potestatem istam delegare in casu necessitatis vt in l.1.ff.de offic.eius,& ibi omnes Doct. & ex consuetudine istius tribunalis Carau.in rit.2.nu. 20.in 2.limit.& vtrumque casum supra in q.2. eiusdem Præd.

Agere

2 Agere. ✝ Regulariter verò non possent cum sit electa industria personarum dictorum Præsidum Gram.cons.64. num.4.& 5.& in vot.3.num. 37. cum cæteris per me alleg.in d.q.1.vbi etiam probaui quod non potest delegari nisi Reg. Auditoribus, & ideo vide ibi.

SVMMARIVM.

1 *Potestas concedit liberum arbitrium,*
2 *Quot modis dicatur liberum arbitrium remissiuè,*
3 *Potestas liberi arbitrij non extenditur ad omnia.*

1 QVADRAGESIMVM tertium, Ista Potestas si ciuiliter intelligatur concedit liberum arbitrium Præsidibus contra forascitos vt diximus in Præd. substan. q. 2.& probatur hoc pluribus rationibus. 1.Potestas permittit posse procedi de facto ibi. *Et vedendo ch'elprocedre, &c.*& infra probabimus & qui de facto potest procedere liberum habet arbitrium Menoc.de Arbitr.lib.1.q.19 in fi.& q.7.nu.69.vbi allegat Cotes.2.ex quo potest Præses procedere de facto habebit manum regiam Bart. in tract.ad repri.ver.videbitur circa fi. Cotes per Blanc. in tract.de comprom.q.1.nu.24.vers.de facto,& manus regia importat liberum arbitrium l.2. ibi omnia quæ manu Regis gubernabantur iunct.glo.in ver.manu quæ exponit arbitrio ff.de orig.iur. Doct. omnes & præsertim Præceptor meus Camillus Plautius ff. de verb. oblig. in rub.3.sicuti à libero arbitrio non appellatur Felyn. in c. super his nu.8.extra de accus.licet regulariter ab alio arbitrio appelletur Fel.dicit ibi in nu.7.& limit.7.modis: ita quoq;negat appellationē Potestas saltim quoad effectū suspensiuū per illa verba) *vi ordinamo che per qualsiuoglia prouisione, &c.*) 4.Concessio manus militaris relinquit modū procedēdi arbitrio illius,cui cōceditur Ias. in § in bonæfidei nu. 46.inst.de acti.Bar.in l.præsenti §. cū autē

C. de his, qui ad Eccl. conf. 5. qui habet potestatem mouendi bellum prout est Præses contra forascitos liberum habet arbitrium per ea, quæ singulariter voluit Bal. in conf. 32. par. 5. per totum, possem etiam alijs modis probare istud speciale: sed quia ex infrascriptis clarius apparebit, omitto. Et nota quod plenum arbitrium dicitur multis modis de quib. per Bald in d. conf & liberum dicitur tribus modis. Quando potest præferri iniquum æquo Quando nullo cogente imperio fit, sed sola voluntate, & quando obseruantiæ ll. & solemnitatum non est submissum: vt dixit Bald. in l. 1. ff. de test. mil. in l. si quis maior. C. de transf. & in l. si in lege ff. loc. Potestas vero vltimum arbitrium liberum dat Bald. in loc. preallg Bart. in leg. fideicommissa § si sit ff. de leg. 3. Quod liberum arbitrium licet ll. non sit submissum, tamen non poterit tollere, aut lædere ius tertij nec aliud facere: quod sit cōtra æquitatem naturalem Bald. in d. l. 1. circa fin. Bart. in l. filiusfamilias ff. de don. Ias. in l. si sic legatum in fin. de leg. 1. de communi Menoch. de arbitr lib. 1. q 65. num. 6. & ratio est naturalis quia quod tibi non vis alteri &c. & ideo de delictis transactis, seu præscriptis non posset cognoscere quia esset tollere ius quæsitum parti quod non potest Bar. in trac. ad repri. vers. videbitur circa fi. Ame. de sindicat. num. 146. cum sequ. Menoch. de arbitr. lib. 1. quæst. 49. Vide Hipp. de Marsi. in tracta. de banni. ver. commissario num. 75. 76. Nec vigore istius arbitrij poterit facere quod non conuenit bonis moribus, Lud. ad Guid. de suzza. in tracta. de indit. & tort. quæst. sed quid si numero 97. & regulariter istud arbitrium non tollit solemnitates iuris gentium vt late scripsimus in Prædic. substan. quæst. 3.

S V M M A R I V M.

1 *Declarationi Præsidis etiam iniustæ standum est.*

1 QVA-

1 QVADRAGESIMVM quartum istud liberum arbitrium importat vt declarationi ipsius Præsidis siue iustæ, siue iniustæ, siue dignæ, siue indignæ standum sit dummodo dolus malus absit; secus si non haberet liberum arbitrium, sed aliud arbitrium simplex: Bart. in tracta. ad repri: ver: videbitur, & in leg. si sic vbi omnes ff. de leg. 1. Ias. in §. in bonefidei nu. 14. de act. & ideo reicere poterit appellationes forascitorum Amed. de sind. num. 147. Montel. in prax. arbitr. in 3. & vlt. par. 7. par. num. 48.

SVMMARIVM.

1 *Non tenetur ad exactam diligentiam.*

1 QVADRAGESIMVM quintum ex quo Præses habet liberum arbitrium non erit in culpa si non adhibebit illam diligentiam quam adhiberet diligens pater familias: ad quam exactam diligentiam non tenetur vigore liberi arbitrij glos. & Bart. in l. 1. ff. de sol. Paris de sind. in ver. Arbitrium cap. 1. numero 17. secus si arbitrium non esset leg. si constante §. marito ff. solut. matrim. sed credo quod in materia tam graui non excusaretur.

SVMMARIVM.

1 *Magna Curia habet iurisdictionem contra omnes,*
2 *Magna Curia non potest facere prouisiones pro forascitis.*

1 QVADRAGESIMVM sextum, Quamuis Mag: Cur: in toto Regno fundatam habeat iurisdictionem contra omnes, & in specie habeat sub se omnes Barones, quorum appellatione ex communi vsu loquendi veniunt Principes. Duces, Marchiones, & Co

mites vt in rit.66.& ibi Carau.num.15.& 16.& in eodẽ iurisdictionem ordinariam habet vt dixit idem Cara. in rit.230.nu.7.in tantum quòd quotidie facit prouisiones supersessoriales,& inhibitoriales ordinarijs locorum, & Regijs Audientijs primis,& secundis Causis Baronũ semper saluis vt in prag.2.vbi de delic.quis cõ.pot.& caput domina,& fons aliarũ Curiarũ dicitur Cauen. in rit. 1.& in rit.52.Tamen pro forascitis non potest aliquam prouisionem,nec inhibitionem facere, nec illis tenetur obedire Præses vt in illis verbis Potestatis(*vi ordinamo che per qualsiuoglia prouisione, &c.*) & ideo illis consueuimus respondere non admissæ quia proceditur ad Modum belli.

SVMMARIVM.

1 *Clausula iustitiam faciat quid importet,*
2 *Vigore istius clausulæ Magna Curia nil potest facere pro exulibus.*

1 QVADRAGESIMVM septimum licet rescriptum Principis cum clausula iustitiam faciat importet potestatem cognoscendi, & decidendi causas vt dixit Gem.in cap. quoniam de immun. Eccle. lib.6.Felyn.in cap.1.nu.51. ver. & si dicatur de constit.
2 & Arn. com. 81. † Tamen potestas militaris mandat quòd vigore istius rescripti Magna Curia non possit prouisiones expedire, nec quòd illis teneatur obedire Præses, nisi in casu quo fuerint firmatæ propria manu Proregis,vt in illis verbis(*& in caso che la detta gran Corte*) & ideo inoleuit practica respondendi dictis prouisionibus modo infrascripto.Non admissæ quia proceditur ad Modum belli.

SVMMARIVM.

1 *Exules non possunt appellare,*
2 *Dantur duo remedia Exulibus.*

1 QVADRAGESIMVM octauum sequitur ex praecedentibus quod isti exules non possunt appellare, quod clarius probat vltimum bannum ibi, omni penitus & quacunque appellatione remota; vt in Cur. pri. Apru. fol. 127. hoc tenet Iser. in tit. de pac. ten. §. publici latrones Paris de syn. ver. latro. num. 6. circa medium, & est com. opin. de qua testatur Boer. dec. 284. nu. 17. quod declara vt per Menoc. de arbit. lib. 1. q. 70. & ratione fauoris publici potuit Princeps tollere istam appellationem Af-
2 fli. in praelud. Const. Reg. q. 10. † Duo remedia dantur inquisitis, vt euitent praecipitosas Commissariorum sententias, & executiones. Primum implorent per viam supplicationis, & recursus officium Proregis, qui considerata aequitate debet annuere tali petitioni; vt dixit Rom. cōs. 325. num. 14 Cotes per Marsi. de ban. ver. nullitas nu. 13. & ita pluries fuit obtemptum me existente Commissario & Regioconsultore maxime à Baldaxare Cornacchia, de Ciuitella, & alijs. Secundum dicant de nullitate, nam clausula appellatione remota non tollit beneficium dicendi de nullitate, vt per multa tenet Marsi. de banni. vers. nullitas num. 9.

SVMMARIVM.

1 *Magna Curia Vicariae non potest bannitum per Praesidem extrahere à banno.*

1 QVADRAGESIMVM nonum Magna Curia Vicariae non solum non potest facere prouisiones pro

fora-

forascitis carceratis penes Præsidem, sed absque licentia speciali Principis non poterit bannitum per eum extrahere à banno, & si fecerit erit irritum, & inane Afflict. in const. cordi nobis num. 9. qui dicit extare Capitulum Regni Caroli 2.

SVMMARIVM.

1 *Non tenetur Præses reddere rationem,*
2 *Potest sindicari quando Principi placet.*

1 QVINQVAGESIMVM de his quæ facit vigore istius Potestatis non tenetur præses reddere rationem, nec stare sindicatui, quia suo arbitrio relicta sunt Marsi. in l. quæstionis modum num. 65. ff. de quæst. Cassa. in consuet. Burg. rub. 1. §. 5. in tex. allarbitrage num. 35. Aret. in §. præterea num. 2. de act. cum alleg. per Montel. in prax. arbitr. par. 5. num. 29. quod intellige nisi fuerit in dolo, vel in lata culpa: nã tunc tenetur, & ab eo appellari potest ratione excessus Amed. de sind. num. 147. in fin. Alex. cons. 47. num. 8. lib. 1. Bart. ad reprim. vers. videbitur num. 6. Paris de sind. vers. arbitrium cap. 1. num. 16. Bart. in l. si qua pœna in fin. cum alleg. ibi in apost. ff. de ver. sig. & 229. casus in quibus præsumitur do
2 lus ponit Luc. de Pen. in l. 1. C. de agri. & cens. lib. 11. ✝ Et hisce temporibus Principes sunt faciles ad sindicandum huiusmodi officiales: quod facere possunt quandocunque ipsis placet. Bald. in l. obseruare §. proficisci ff. de offic. procons. & forsan non esset ponere os in Cælum dicere, quòd ijdem sindicatores; qui per Proregem destinantur contra istos Præsides, finito officio possent etiam ipsos sindicare de commissis, & omissis vigore Potestatis militaris, quam habent vti Præsides, & sub nomine dignitatis, sed hoc pro nunc non firmo, quia omnes syndicatores quærelas respicientes potestatem istam remittunt

tunt

tunt ad Proregem, & ideo curent vti legibus prout debent, quia sic procedendo meliorem vitam faciunt, quã Patres Prædicatores, vel alij religiosi Hostien. in proœm. suæ summæ in 4. col. quem, & alios refert Marsi. de bannit. ver. Iudex in fin. & Inno. in c. qualiter, & quando de accus. cum cæteris allieg. per Marsi. de bannit. vers. Iudice num. 246. dixerunt, quod nec redargui poterit, quia suo arbitrio omnia relicta sunt.

SVMMARIVM.

1 *Præses potest iura transgredi.*
2 *Cui sit permissa ista transgressio iurium.*

1 QVINQVAGESIMVM primum Vigore militaris Potestatis potest Præses iura transgredi contra forascitos Innoc. in cap. 1. de const. quem omnes sequuntur vt dicit Marsi in tract. Bannit. ver. atrocioribus num. 5 Bald. in l. obseruare §. proficisci quæst. 11. de offic. proconf. Afflict. decis. 391. numero 10. Gram. decis. 36. num. 2. qui allegat alios & in numero 12. dicit, quod in isto Regno Proreges semper extiterunt in ista possessione, Cotes per Cassa. in consuet. Burgun. rubr. 1. § 5. in text. allarbitrage num. 6. etiam si iurauerint seruare statuta Paris de synd. vers. latro cap. 1. num. 5. & si dices, quòd ista transgressio est permissa de iur. com. per text. in l. aut facta §. fin. ff. de pœn. & l. quid ergo §. pœna grauior ff. de his qui nota infa. sentit Bart. in constitu. ad reprimen. vers. multorum; responde. quod de iur. com. poterant iura transgredi, liquidato maleficio in pœnis imponendis vt puta si delinquens erat furcis suspendendus per Ciuitatem trahi poterat Luc. de Pen. in l. 1. num. 19. C. de desert. lib. 12. vel bestijs subijci glos. in l. sciendum ff. arbit. fur. cesa. quam singularem dixit Rom. in l. 2. circa fin. C. qui test. fac. poss. Marsi. de bannit. vers. atrocioribus

num.

num. 14. Sed vigore istius potestatis possunt etiam iura transgredi circa modum liquidandi maleficium in procedendo ex abrupto, & hoc sentit *Potestas* in illis verbis (*Non solo per le impositioni delle pene, ma per la forma del procedere &c.*) in tantum quòd specialitas consistit quoad procedendum, non autem quoad condemnandum Cataldi:de sindica. num. 54. & 57. Amed. in eod. tract. num. 142. Anto. de Nigris in cap. iuris censura nu. 6. & ideo non poterit condemnare absoluendum, nec ex sola fama, & indicijs reum punire, vt dicit Anto. de Nigris in d. c. & Cataldi num. 56. & istam declarationem
2 ponit Roma. cons. 248. † Et aduerte: quia ista transgressio iurium est permissa maioribus magistratibus: non autem minoribus, & potestatibus terrarum, vt singulariter dixit Marsi. in prax. crim. §. diligenter num. 176. Ias. in §. ex maleficijs num. 15. de actio. Marsil. de bannit. vers. atrocioribus, & ex alijs alleg. per Rolan. à Vall. in cons. 70. num. 25. lib. 1. ista videtur esse commu. opin.

SVMMARIVM.

1 *Præses debet esse seuerus,*
2 *Seueritas laudatur cum temperamento.*

1 QVINQVAGESIMVM secundum, Sequitur, quòd *Præses* seuerus esse debet contra istos exules, & vltimum bannum dicit rigorosè procedendum esse, & plenè probat Luc. de pen. in l. 3. C. de his: quæ publi. colla. lib. 10. Cassa. in loco prealleg. num. 8. & Patres dixerunt istos nulla misericordia dignos esse; imò misericordia cum eis vti iniustitia esse dicitur cap. est iniusta cum glos. 23. q. 5. & seuerus Iudex integer dicitur vt per Luc. de pen. in d. l. 3. & non solum est vtilis seueritas ista, sed necessaria, & quasi de præcepto legis, quia ex seueritate solus offenditur, qui punitur, sed ex remissione offendun

tur

tur lex, Rex, & grex vt dicebat Cardi. AEgidius Sedis Apostolicæ Legatus. Itē propter leitatē Rex cōtēditur, lex despicitur, & grex inficitur, sed propter seueritatē Rex honoratur, lex saluatur & grex seruatur, & iustū est vt quos timor Dei à peccato non reuocat saltim coerceat securitas c. cum in cunctis extra de electio. Nec crudelitas est perdere tales homines facinorosos c. non est crudelis 25. q. 5. c. lege cum sequen. 23. q. 8. cap. ipsa pietas, secundum Tullium 2. retho. est per quam iudiciaria potestas, vel vin-
2 dicta, in aliquem districtius exercetur. † Sed cum temperamento vti debet *Præses* seueritate. cap. non frustra. 23 q. 5. quia Dei non poterit euitare sagittas, & vulnera c. accusatio 2. q. 7. & sæpius videtur, quod crudeles, & sanguinei homines mala morte moriuntur, & breui tempore possident terram, sententia Dei vt dicit Ferret. de antiqui. instau. tit. de iust. & iniust. bell. nu. 185. vbi ponit exitum nonnullorum istorum crudelium, & propter crudelitatē possent etiam remoueri ab offi. l. 1. C. de. offi. præfec. profec. vr. Ias. in l. apertissimi. C. de iud. & tandem nil est in vita deterius, quam vti nimia crudelitate: quæ homines reddit similes feris: vt dixit idem Ferret. tit. de nō ponen. exer. in discri. fortu. nu. 34.

S V M M A R I V M.

1 *An possit procedi absque voto Auditoris,*
2 *Quem consultorem eligere debet Præses,*
3 *Auctor electus consultor Regius.*

1 QVINQVAGESIMVM tertium. *Potest Præses* procedere absque voto Auditoris, seu alterius contra forascitos vigore istius *Potestatis* vt ibi (*è parendo ui necessario,*) & licet hoc etiam sit de iur. comm. quia consilium non est necessitatis, sed vtilitatis l. consilium de Reg. iu. cum alleg. per Menoc. de arbitr. lib. 1. q. 23. &

supre

super hoc formauit quæst. Scala in suo tract. de consi. sapien. lib. 1. cap. 20. qui arguit ad partes referens Doctores vtriusque opin. & tandem concludit, quòd tale consilium non est necessarium, sed vtile. Duo alia consilia reperio in iure Consilium necessitatis, de quo in c. Mattheus in fin. de simo. cum glos. & perfectionis, de quo in glo. in cap. ad aures de æta. & qualit. quæ exemplificat in cap. Euangelij vis perfectus esse vende omnia, quæ habes & da pauperibus: & de omnibus istis consilijs loquitur Felyn. in cap. 1. de Const. tamen quicquid sit de iur. com. Præsidi dati sunt Auditores, cui assistere debent, & omnia cum voto eorum agere vt in pragm. 7. de offic. sacri Reg. Conc. & in pragm 8. de offic. iust. & an acta sine consilio istorum sint nulla vide Barto. de Capua in sing. 131. Sed hodie Præses est necessitatus vti voto in Potestate militari vel Auditoris, vel alterius, quia sic Prorex mandauit per literas Regias 23. Nouembris. 1585. vt in cur. pri. Aprut. fol. 102. & cum consilium istud sit necessitatis non potest omitti Montel. in prax. arbitr. in 4 lit. num. 7. cum sequen. Scala. in terminis in
2 tract. de cons. sapien. lib. 1. cap. 28. † Et licet electio consultoris relinquatur arbitrio Præsidis, tamen ex quo loquitur per verbum videbitur quod arbitrium boni viri denotat Bar. in tract. ad reprimen. vers. videbitur Ang. cõs. 292. in facto præsupponitur Rom. cons. 58. si volumus, & Det. in l. si pascenda C. de pac. tenetur eligere potius Auditorem, quam alium, quia ita faceret bonus vir & ita fecit Princeps nominando prius ipsum, tanto magis, quia de ipso multum cofidit lex vt latius supra q. 3.
3 Pręd. Agere. † Et Prorex rescripsit Comiti Vxenti, vt pro Consul. vteretur meo consilio durante sindicatu donec non aderant querelæ criminales, & sic obseruaui inuitis æmulis vt in cur. pr. Aprut. fol. 127. & statim finita consulta Regia fui vocatus ad Audientiam Terræ Bari.

SVM-

SVMMARIVM.

1 *An teneatur sequi consilium consultoris,*
2 *An consultor habeat iurisdictionem,*
3 *Materiam consiliariorum remissinè.*

1 QVINQVAGESIMVM quartum, Sequitur ex prædictis aliud spec. quod ex quo Princeps mandat Præsidibus vti voto Auditoris, quod tenentur sequi consilium ipsorum; secus vero si non mandauerit, quia non tenerentur stare consilijs eis datis Bart. in l. si conuenerit nu. 4. ff. de re iud. Innoc. in cap. si pro debili-
2 tate de offi. deleg. plenè per Scalam in d. tract. c. 2. † Et licet necessitentur Præsides vti consilijs Auditorum non propter hoc ipsi habebunt militarem iurisdictionem l. consiliarios C. de assesso. iunct. glos. rubr. de offic. assess. sed solùm super conclusa causa consilium tradunt, & iuris consilium habent Cuman. cons. 145. & ideo nec terminos statuere, nec testium depositiones publicare, nec aliud decretum proprio nomine facere possunt, vt dicit idem Cuman. cum alijs allega. per Scal. in eo. lib. cap. 17. quod seruat nunc Iustissimus Carolus Gambacort. qui solet dicere quod pro stultis habendi sunt, & Potestate priuandi, qui non vtuntur consilijs suorum sapientum, & fuit dictum Iser. in vsi feu. tit. hic finitur lex deinde &c. col. 4. nam pro veritate consilium datum est, cui fauet Deus cap. denique 7. quæst. 1. & spernentibus consilia multa mala contingunt de quibus per Ferret. de an-
3 tiq. instau tit. 1. num. 30. cum sequen. † Et materiam istorum Consiliariorum seu sapientum ponit Scala in d. trac. vbi facit quatuor libros de cons. sapien. Spec. de requisit. consi. per totum.

SVM-

SVMMARIVM.

1 *Contra forascitos potest procedi de facto.*
2 *Quid importet clausula de facto,*
3 *Manus Regia quid possit,*
4 *Clausula summariè.*

1 QVINQVAGESIMVM quintum, Potestas militaris permittit posse procedi de facto contra forascitos vt ibi (*Et vedendo che'l procedere per la via iuridica sole causare impedimento, &c.*) vult ergo quod non procedatur via iuris, ergo via facti l. & si fine § sed quod Papinianus ff. de mino. l. cum prætor. ff. de iudi. & hoc quoque probatur: quia isti sunt hostes publici, & diffidati ab ista lege contra quos de facto procedi potest Marsi. in tract. bannit. num. 8. ver. 2. atrocioribus & latius supra quæst. 1. Præd. subst. quia qui potest procedere manu militari de facto procedere poterit l. qui restituere ibi manu militari iunc. glos. ff. de rei vend. vbi Alber.
2 Bald. & cæteri. † Et licet istud verbum de facto plura significet: de quibus per Bart. in tract. ad reprimen. ver. videbitur in fin. Blanc. in tract. de compromis. ver. de facto num. 24. Canoni. in clem. sæpe de ver. sign. tamen reiectis omnibus, duo tantum subijciam: quæ elucidant Potestatem, & super vnoquoque illorum faciam vnum spec. dictio enim de facto importat, quoad rem actinet, quod possit procedi absque causæ cognitione, & manu Regia vt nunc dicam. Præses cum possit procedere de facto manum Regiam habebit contra forascitos. Bar. Blãc. & Canoni. citati in spec. 20. Par. de sind. ver. latro cap. 1.
3 † Quę manus Regia regulariter omnia potest l. 2. in prin. ff. de orig. iur. & præstantia, ac patientia manus Regiæ consistit in multis, quorum 27 enumerat Lanc. in temp. om. Iud. lib. 1. capi. 5. 4. per multa capita possem recense

30. re

re 30.casus,qui ponunt impotentiam istius manus Regiæ & Principis,sed eos videre poteris in eo.contemp. sub. §.3. per totum sub §.4.tit.de impoten.Imper. cum pluribus
4 sequen.† Et vigore istius clausulæ potest summariè procedi,quod clarius dixit Prorex in vltimis ordinationibus datis Comiti Vxenti vt in cur.pri Apr.fol.127.circa principium probatur ibi(*suole causar impedimento alla presta, & buona espeditione,&c.*) & licet ista clausula plura significet de quibus per Canonistas in clem. sæpe de verb.sign.Bar. ad reprimen. ver. summariè cum alijs alleg.per Cels. Vgo in trac.clau.sub tit.de clau. rescrip. in claus.summariè cum sequent.Maran.in spec. dist. 9. tamen quoad propositum nostrum attinet duo operatur. Primùm quod potest contra forascitos abreuiari dilatio Bar.in eo.loc.nu.3.Canoni.in d.clem.sæpe Vgo in d. lo. clau.7.hinc sumpta est practica Cõmissariorum, qui dant dilationes ad horas quod nunquam laudaui, nam dilatio non debet esse adeo breuis, vt tollat defensiones vt dicit Apostil.ad Bar.eo.in loco in lit.b.& ideo dixit Ame. de sind.nu.144.post Cynum in proæm ff.§.itaque quod vigore arbitrij non potest Iudex in vna die expedire totum processum: hoc idem tenent multi relati per Apost ad Fely.in c.super his nu.8. de accus. quod intelligas procedere quando iudex in tam breui tempore non potest esse instructus,vt per multa declarauit Menoc.de arbitr. lib.1.q.42. nu. 9. & in ista abreuiatione termini consistit illa aliqualis causæ cognitio de qua dictum est supra in 21.spec.Secundum operatur d.claus. summariè vt possint omnes exceptiones requirentes altiorem indaginẽ reseruari ad merita causæ siue facti sint, siue iuris intricati Capi.decis.10.nu.19.Bar.& cæteri in l. nam, & postea ff.de iureiuran.materia est in l.4 §. condemnatum ff. de re iud.Affl.decis.12.& 63.glo.in const.legitimè & non tenetur pronuntiare Præses super huiusmodi exceptionibus, nec per processum ad vlteriora censetur pronun-

 tiasse,

tiasse, nisi partibus auditis fuisset super exceptionibus plenè cognitum Ias.in l.2.num.46.ff. si quis in ius voca. Aret.cons.107.col.2.Rom.cons.141.col.2. Contar.in repet.l.si momentaneæ.C.si de momen. poss. fuerit appel.lim.13.num.30.

SVMMARIVM.

1 *Vigore Potestatis potest procedi absque causa cognitione,*
2 *Declaratur qualiter intelligitur.*

1 QVINQVAGESIMVM sextum, Præses vigore Potestatis poterit procedere absque causæ cognitione Bar.in cons. 82. incip. punctus per L ictus fustium ff.de his qui not.infam.Felyn.in cap. 1.nu. 88.de const.Socci.seni.cons.121.num.4. ver. postremo lib.3.cum cæteris alleg. in Apostil. ibidem sed prædicta contrariantur his supra recitatis sub Prædic. subst q. 3. vbi probauimus com.opin esse,quod liberum arbitrium non tollit causæ cognitionem, quia est solemnitas iur. gent.quæ omitti non potest, & ideo Doct. laborant pro
2 concordia istarum opin. ✝ Menoch. de arbitr.quæst.19. nu.1.& 10. distinguit, quod aut arbitrium est regulatum & ordinatum,aut liberum,& absolutum.Primo casu requiritur causæ cognitio, & ita procedant allegata in d. Præd.subst.& est com.opin.Amed.de sind.num.145.Secundo vero casu est pœnitus sublata d. causæ cognitio & ita procedat Cons. Bart. & aliorum quos refert Menoc. idem in d. num. 10. verum ista distinctio mihi non placet:quia si est vera com.concl.quod causę cognitio sit de iu.gent.liberum arbitrium eam tollere non poterit,quia nec Imperator posset tollere,vt per Capic.decis.69. nu. 35.& dictum fuit supra in cit.q. cotes allegat Lancill. in temp.omn.Iud.lib.1.cap.1.§.3.tit.contractus iur. gent. obseruare & ideo placuit mihi semper opin.Petr.benintend.

rend. concluſ. 31. num. 3. cum qua videtur reſidere Menoch. in loco alleg. & eſt, quod cauſæ cognitio ſcrupuloſa tollitur per liberum arbitrium, ſed aliqualis cauſæ cognitio neceſſaria eſt, comprobo iſtam opin. quia licet Princeps non poſſit ſtatuere contra ea, quæ ſunt iu. gent. tamen ex naturali cauſa poteſt ea diſtinguere; interpretari, & in parte tollere ſecundum com. opin. Felyn. in cap. quæ in Eccleſiarum num. 66. verſ. ſed hic eſt benè aduertendum de conſt. cæteros allegat idem Lancillot in loco alleg. §. 4. tit. ſtatuit contra ius natur. & in quibus conſiſtat iſta aliqualis cauſæ cognitio non poteſt dari certa doctrina, ſed ex infraſcriptis ſpecialibus clare apparebunt exempla, & ad ſaturitatem vide Marſ. de bannit. verſ. ſententia § 6. num. 42.

SVMMARIVM.

1 *Contra iſtos exules pæna eſt acceleranda,*
2 *Declaratur dictum notabile.*

1 QVINQVAGESIMVM ſeptimum: Non ſolum ſummariè procedi poteſt; ſed poſt proceſſum pœna eſt acceleranda contra iſtos foraſcitos, vt in Poteſtate ibi *(ſuol cauſar impedimento.)* & aliquando dilatione pendente ad ſedandum tumultum publicum Par. de ſind. ver. latro cap. 1. num. 5. & 6. & ideo male faciunt Iudices; qui gratificantes differunt executionem pœnæ, vt criminoſi gratiam habere poſſint Clar. in prax. crim. q. 97. in fin. & dixit Luc. de pen. in l. 3. C. de Lucr. aduoc. lib. 12. quod ſi ad ſuperiorem citius peruenerit culpa delinquentium; quam vindicta hoc ipſo præſumitur negligentia. ratio eſt, quia atrocitas criminis importat vt ſtatim reus poſſit furca ſuſpendi, Marſi. de bannit. ver. expectatur numero 41. & iſta acceleratio aliquando iubetur, aliquando perſuadetur, & aliquando prohibetur, decla-

rat Luc.de pen.in l.5.numero.14.C. de metat: lib. 12. & per prædicta dixi in Reg. Aud. Apru.quod Doctor Quatrarius de Quatrarijs Commiss. in causa, vt sedaret tumultum publicum ortum in terra Fonticulorum ob homicidium commissum in personam Baronis,d. Terræ bene processit ad torturam cuiusdam,nam licet non haberet potestatem, ex quo erat valde periculosum differre pœnas, & non facere aliquam demonstrationem licitè poterat non tantum torquere, sed alia pœna quoque punire reos constito sibi de veritate, vt dixit Par. de sind. ver.latro cap.1.num.3.& fuit dictum Bar.in l.1.ff. de offic.eius Carrer.in §. circa numero 73. in prax. sed aduerte vt acceleres expeditionem,sed non fulmines sicut sagittæ, ne dicaris iudex balistarum prout dicuntur in Thuscia vt refert Marsi. de bannit. ver. sententia §. 6. numero 42. vbi multa bona contra Iudices præcipitantes sententias.

SVMMARIVM.

1 *Ordo iuris est necessarius,*
2 *In Iudicio militari non est necessarius.*

1 QVINQVAGESIMVM octauum,Licet regulariter ordo iuris in iudic. seruandus sit cap. qualiter, & quando il 1.de accusa.cap.cum dilecta,de rescrip.Doct. in l. prolatam C. de senten. quod multis modis limitat Marsi.de bannit.in ver.iuris ordine.Tamen in isto iudicio militari iste ordo non est necessarius ratione arbitrij Inn. in cap.quintauallis de iu.iur.Bald.in l.fin.3.q. C. de contrahen.empt.Marsi.in lo.præalleg.nu.8.& ratio est, quia per Potestatem istam sunt sublatæ solemnitates iu.ciuil. vt supra q.3.sub Præd.subs.& in q.1.numero. 3.in Præd. Quando vnde sequitur, quod omnia acta ordinatoria prout sunt litis contestatio,publicatio, & alia, non sunt

necess-

necessaria in isto iudicio, vt d.q. 1. conclus. 3. Sed cum temperamento prædicta intelligenda sunt, nam aut loquimur de ordine iuris positiui, & procedunt allegata per rationem supradi. aut vero loquimur de ordine, iu. gent. quo iure quædam solemnitates, & certus ordo requiruntur, vt in Præd. Subs. q. 3. num. 3. & iste ordo non potest omitti, quia ea quæ iu. gen. sunt tolli non possunt. glos. in l. fin. vbi omnes, C. si cont. ius vel vtil. pub. & est commu. opin. Lancill: in templo omni iudic. lib. 1. c. 1. § 4. ver. ius naturale, & gentium non tollit, & de isto ordine loquitur Bal. in c. 1. § ad hæc de pac. iur. fir. quem allegat Mars. de bannit. ver. iuris ordine num. 11. qui dixit, quòd ordo iuris debet seruari etiam ab illo, qui habet liberam potestatem procedendi.

S V M M A R I V M.

1 *Solemnitates iuris ciuilis in actis probatorijs, & decisorijs sunt sublata.*

1 QVINQVAGESIMVM nonum, Ex præcedenti sequitur aliud, quod licet probationes, & condemnatio, vel absolutio omitti non possint, quia iur. gen. sunt, Amed. de sindic. num. 14. cum cæteris supra alleg. in q. 3. in Prædic. Subst. & est commu. opin. Vant. in tract. nullit. ex defect. process. Tamen quædam solemnitates, quas desiderat ius ciu. in istis actis probatorijs, & decisorijs omitti possunt, vt supra q. 1. num. 6. & 7. in Prædicam. Quando.

S V M M A R I V M.

1 *De iur. commu. fabricatio processus est necessaria,*
2 *In iudicio militari non est necessaria,*
3 *Cautela circa hoc.*

1 SEXAGESIMVM Licet de iur.commu. processus sit fabricandus.in tantum,quod si sententia absque eo fuerit data ipso iure erit nulla,maxime si ab ea fuerit appellatum glos.Innoc. & cæt. in cap. quoniam contra de probat. & est commu: opin. Cassa. in tit.de præsumpt.
2 Vant.in tract nullit.ex defect.process.num.14. † Tamē vigore istius potestatis fabricatio processus non est necessaria,quia est solemnitas iur.ciu.quę remissa est Rom. cons.248.cum alijs supra alleg.in 1.q.conclu.2. & 3. sub Prædic. Quan. & ideo scriptura non erit necessaria Bar. in tract.ad reprimen.ver.figura num.21.Marsi.sing. 266. & de ban.ver.atrocioribus num .15. cum alleg. per Menoch. de arbitr. lib.1.quæst.60.qui dicit istam esse veriorem opinionem , reiecta opinione glosæ,in scriptis, Clemen.sæpe de ver. signif. & idem Menoch. in quæst. 23. eo. lib. num . 8. dicit , quod in iudicijs arbitrarijs omnis
3 processus si fieri potest amoueatur. † Sed ad euitandas fraudes aliquorum prauæ voluntatis , tutior erit opinio , quod non omittatur totaliter processus, sed breuiter registrentur omnia acta:vt quando opus erit possit Præses documentis publicis demostrare quod fecit , & hoc dicit Blanc. in tract. de compromiss. quæst. 1.numero.24. circa medium Foller. in prax. crim. ver. fiat. contest. lit.circa. fin.

SVMMARIVM.

1 *Absque indicijs quis non potest torqueri ,*
2 *Contra exules potest incboari à tormentis ,*
3 *Declaratur qualiter procedat ,*
4 *Materia tortura remissiue .*

1 SEXAGESIMVM primum,Licet de iur.commu. non possit deueniri ad torturam absque indicijs ,quia à tormentis non est inchoandum etiam ab eo, qui habet libe-

liberum arbitrium, vt dixit Plot. in l. si quando num. 636.
C. vnde vi & ita omnes affirmant Menoch. de arbitr. q.
84. lib. 1. de commu. testatur Clar. in prax crim. quæst. 64.
2 ver. dixi etiam. † Tamen contra istos exules potest inchoari à tormentis, duplici ratione. Prima quia malæ conditionis, & famæ sunt Marsi. in l. 1. num. 38. de quæst.
3 qui allegat alios Menoch. in d. quæst. num. 7. & 8. † Et circa hoc aduerte quod ex quo fiscus se fundat in ista qualitate quod sit malæ conditionis, & famæ illam probare debet Bald. cons. 17. num. 2. lib. 1. Dec. cons. 13. num 7. & ideo ad minus debet probare reum esse diffamamatum, quod est grassator Campaneæ; nam talis diffamatio orta à personis fide dignis, vel iuncta cum alia præsumptione sufficit ad torquendum Ludo. in addit. in Guid. de suzza. quæst 93. in tract. de indit. & tort. vel vigore arbitrij probationibus persuasiuis, aut minus concludentibus credi potest licet alias de iur. com. illis non esset credendum Bald. in l. solam in fin. C. de test. Menoch. de arbitr. lib. 1. q. 25. & per vnicum testem etiam, quod non sit omni exceptione maior potest forascitus torqueri vt dixit idem Ludo. in citato loco n. 97. secunda ratio esse potest, quia forasciti vigore Regiorum bannorum hodie effecti sunt vere forjudicati Regiæ Curiæ, ex quo se non presentarunt in 10. dies in illis statutos, quo casu cum peruenerint in fortijs Curiæ absque alijs inditijs possunt torqueri Marsi. in d. l. 1. num. 1. Brun. in tract. de indic. & tort. quæst. 5. 2. part. num. 7. Afflict. in Const. penam eorum num. 20. Boer. decis. 163. de communi Foller. in prax. crim. in 3. par. 3. part. ver. & si confi-
4 tebuntur num. 8. non intendo. † Tractare hic materiam torturæ, quia super ea sunt facti plures tractatus: si vis scire qualiter reus sit examinandus vide Brun. de indit. q. 5. 2. part. num. 56. requisita vt inferri possit, & genera tormentorum Marsi. in l. 1. de quæst. Ordo inferendæ Guid. de suzza. in citat. loc. numero 22. Inditia per eo-

dem, & materiam ponit Gomes. tom. 3. cap. 13.

SVMMARIVM.

1 *An ex indicijs indubitatis quis possit condemnari,*
2 *Distinctio Auctoris.*

1 SEXAGESIMVM secundum, Ex indicijs indubitatis potest condēnari forāscitus, quia vt plurimum committunt delicta in siluis, & locis occultis, cadauera eiciunt in flumine, & à communiter accidentibus delicta istorum non subijciuntur oculis testium, & ideo non requiritur probatio delicti in genere, vt singulariter di-
2 xit Franc. Cason. in tract. de tormen. cap. 2. numero 4.† Sed aduerte, quod quæstio ista, vtrum possit ex indicijs indubitatis quis cōdemnari est satis quotidiana, & Doct. super ea confusè loquuntur, & ideo duæ fuerunt opiniones, & ambæ communes. Prima affirmatiua, quod possit condemnari etiam ad pœnam ordinariam, si delictum est occultum, quam tenent Bald. Sali. & cæteri in l. fin. C. de accus. Roma. cons. 7. Cotes per Boer. decis. 164. numero 5. testatur de commu. Carer. in pract. crim. in text. argumentis num. 2. fol. mihi 43. Clar. q. 20. vers. scias tamen circa fin. & secundum istam opinionem bis fuisse iudicatum refert Boer. in cit. loc. Alia fuit opi. negatiua quod non possit condemnari pœna ordinaria, sed extraordinaria, quam tenet Afflict. in Constit. summo periculo num. 10. & 11. & ceteri relati per Anto. de Nigris in cap. Regni ad peruersorum num. 26. & est similiter communis, vt dicit Boss. in tit. de commit. numero, 34. & 47. Viu. conclu. 56. Carer. in prin. prax. cas. 3. fol. 11. num. 8. Alibi Autem videtur quod sint faciendi tres casus. Primus in delictis ordinatorijs, & non occultis, & in isto casu concludendum est non posse puniri pœna ordinaria, sed extraordinaria Iudicis arbitrio Tiraque. in tracta. de

pœn.

pœn. leg. temp. casu 27. vbi allegat ferè omnes qui tenent hanc sententiam, & secundum istã procedunt alleg in 2. opin. sup. recitata Secundus est in delictis occultis: quæ oculis subijci non possunt, vt sunt delicta carnis, & tunc ex indicijs indubitatis potest puniri pœna ordinaria, quia quæ liquido probari non possunt argumentis probantur l. non omnes §. à barbaris ff. de re milit. Boer. d. decis. num. 4. & ita procedunt alleg. pro prima opin. Tertius casus est in delictis occultis, quæ tamen possunt oculis subijci, vt sunt delicta facta de nocte in domo, & similia, & tunc similiter temperandã est pœna, & ideo Boss. in lo. alleg. num. 47. dixit secundam opin. habere etiam locum in occultis intelligendo delicta occulta modo prædicto Sed Sarmien. selec. interpe. q. 1. disputat istam quæstionem, & concludit, quod aut debet ordinariè condemnari, aut penitus absolui, vide etiam Gomez. tom. 3. cap. 13. num. 35. & an tortus negatiuus possit condemnari breuiter dico, quod si extabant indicia dubitata absoluendus est Gram. decis. 8. num. 9. Boer. decis. 163. num. 8 de commu. Clar. q. 64. ver. illata reo, si vero indicia indubitata, vel plena probatio; licet diuersæ fuerint opiniones, tamen potest reus condemnari pena extraordinaria, & ita seruatur de facto Cæpol. cons. 22. num. 18. Gram. in d. decis. num. 7. Boss. in tit. de inquisit. num. 30. Bald. in l. fin. C. de prob. Cotes per Afflict. in Const. humanitate num. 29. sed aduerte ne formes interrogatoria reo super indicijs indubitatis, quia si fuerit negatiuus illa euacuaret.

SVMMARIVM.

1 *Exules effecti sunt hostes publici,*
2 *Quid amittant exules.*

SEXAGESIMVM tertium, Per istam Potestatem exules effecti sunt hostes publici, vt supra q. 1. num. 2. Præd. Qualitat. & hoc est magni momenti, quia de iur. commu. Bannitus non est transfuga & hostis, sed solum illius Ciuitatis, à qua bannitus est Bart. in q. Lucanæ ciuitatis num. 32. & in num. 29. dixit, quod nequissimum esset dicere quemlibet contumacem esse transfugam, & hostem. idem Bart. in tract. qui sint rebelles ver. rebellando sentit Alcia. in l. quos nos num. 9. de ver. signif. & isti vocantur latrunculi, & prædones in l. hostes ff. de capt. & postlim. reuer. sequitur, quod non ammittunt ea: quæ iur. com sunt: sed tantũ perdunt beneficia inducta à statutis illius Ciuitatis Bart. in dictis Quęst. & Tracta. Rom. cons. 459. in prin. Cyn. in l. 1. C. de natur. liber. faciunt allega. per Cæpol. in cons. 8. & ex deductis per Marf. in tract de bannit. ver. exules num. 2. videtur quod ista sit commu.
2 opin. ✝ Sed cum vigore Potestatis effecti sint hostes publici, & Regis sequitur, quod non solum amittunt beneficia inducta per statuta municipalia, sed ea quoque quæ sunt iur. commu. Bart. in d. q. num. 26. Marsi. & alij in locis citatis, & perinde habẽtur, ac si essent mortui de iu. com. Afflict. in Const. pœnã eorũ nu. 46. & est com. opin. de qua testatur Boss. in tit. ban. quidamittant nu. 10. 11. & 12. quem vide quia in ista materia bene loquitur.

SVMMARIVM.

1 *Exules sunt exclusi ab indultis generalibus,*
2 *Effectus atrocitatis delicti remissiue.*

1 SEXAGESIMVM quartum, Semper censentur exclusi huiusmodi forasciti ab indultis generalibus, si de ipsis specialis mentio non fuerit facta: vt in cap. Regni incip. Prouisa iuris sanctio Bar. in l. auxilium ff. de minor. faciunt alleg. per Marsi. de bannit. vers. lesæ Maiestatis

num.

2 nu.60.† Atrocitas enim delicti operatur istum effectum & alios: quos enumerat idem Marsi. in eo. tract. ver. atrocioribus num. 4. cum sequenti.

S V M M A R I V M.

1 *Exules effecti sunt vere foriudicati Regiæ curiæ,*
2 *Specialia foriudicatorum rebellium reorum lesæ Maiestatis remissiue,*
3 *Terminus banni quando incipiat currere,*
4 *Publicatio bannorum vbi debet fieri.*

1 SEXAGESIMVM quintum, Exules nostri temporis effecti sunt vere foriudicati Regiæ curiæ diffidati, & rebelles vigore Regiorum bannorum ob lapsum 10. dierum, in quibus se non præsentauerunt, & iste terminus fuit statutus tam forascitis præteritis per banna vt in ban. 1 Aprut. fol. 22. & 89. quam etiam præsentibus, & futuris si intra 10. dies à die patrati criminis non se præsentant seruata forma Regiorum bannorum, vt in ban. pri. fol. 160. vnde sequitur, quod omnia Specialia inducta in odium foriudicatorum, rebellium, proditorum, & reorum lesæ Maiestatis possent repeti contra istos ad notata in l. 1. ff. de leg. 1. & possem enumerare centum alia
2 Specialia.† sed quia esset potius fatigosum, quam vtile, remitto me ad locum vbi tractantur, & præcipuè ad Bar. in d. tract. qui sint rebelles Afflict. in Const. pœnam eorum, Capic. in decis. 130. num 54. ponit 57. Specialia criminis lesæ Maiestatis, & 27. ponit Montel. in prax. arbitr. part. 4 num. 315. Anto. de Nigris ponit in cap. Regni apud Tranum, late per Luc. de pen. in l fin. C. de delat. lib. 10. & in l. 1. C. de petit. bon. subl. eo. lib. remissiue per Hippol Bonacos in suis quæst. crim. ver. proditor, in quibus locis habebis Specialia rebellium, proditorum, & reorum lesæ Maiestatis quibus nominibus sunt etiam notati.

3 tati isti forasciti d q. 1 in Præd. Qualit. † Sed dubitatum fuit in Reg. Apru. Audien. quando incipiat currere terminus. 10. dierum statutus forascitis ad se præsentandum Ego dixi, quod per vltimum bannum registratum in ban 1. fol. 160. terminus iste quoad præsentes forascitos currit à die publicationis bannorum, & quo ad futuros currit à die quo ceperunt ire per Campaneam delinquendo
4 vt clarè dicitur in dictis bannis. † Similiter fuit dubitatum vbi debeat fieri publicatio istorum bannorum ad hoc, vt liget, & dixi, quod bannum : quoad quædam contenta in eo inducit commodum vt puta præmium capientibus bannitos & alia, & hoc in casu facta publicatione in Ciuitate Neapolis statim suum operatur effectum. Bart. in l. omnes populi num. 37. ff. de iust. & iur. hanc quæst. in terminis posuit Alex. Rom. in commentar. prag. de blasphemia num. 57. vbi dubitat an pragm. non publicata in Prouintijs liget homines Regni, & concludit, quod si fuerit publicata in Ciuit. Neapolis, & in eius Tribunalibus non erit necesse publicari per Prouincias, quia ibi sunt procuratores & agentes Vniuersitatũ, Baronum, & particularium quasi totius Regni, & ideo quod publicatur in M. C non oportet insinuari per Regnum & Prouintias, hoc idem firmat Foller. in declaratione indultus Cardinal Pacec. num. 26. & per prædicta consului, quod Iulius Cæsar Rosales caput forascitorum poterat indultari ; quia respectu publicationis factæ Neap. erant elapsi 10. dies, licet respectu publicationis factæ in Prouintijs non essent elapsi, & ita fuit executũ. Quædam alia contenta in eodem banno inducunt incommodum, & quo ad ista, publicatio debet fieri ad minus in qualibet Ciuitate Metropolitana Prouintiæ, vt innotescat omni prouintiæ auten. vt factæ nouæ constitu. latæ per Boss. in tit. de rapin. num. 24. sed considera doctrinam Alex. quia est generalis.

SV Me

SVMMARIVM.

1 *Reuocantur securitates concessæ exulibus status Ecclesiæ.*

1 SEXAGESIMVM sextum, Salui conductus, & securitates hactenus concessæ per quoscunque officiales exulibus, alijsque delinquentibus status Ecclesiæ reuocatæ sunt, & quod in posterum concedantur omnino prohibentur per Proregem: & è contra PP. reuocat saluos conductus, & securitates exulibus, & delinquentibus Regni concessas, & prohibet in posterum concedi, vt legitur in ordinationibus contra forascitos nouiter initis inter PP. & Proregem. 16 Augusti, 1585. in cur. 3. fol. 283. & hoc idem fuit dispositum in anno 1566. per Pium Quintum Pont. Max. & Proregem D. Perafan vt in prag. 3. de persequen. malefac.

SVMMARIVM.

1 *Contra forascitos captos non est opus nouo processu.*
2 *Declaratur qualiter procedat.*

1 SEXAGESIMVM septimum, Sequitur ex prædictis aliud spec. quod cum forasciti per banna sint declarati veri forjudicati, si peruenerint ad manus Curiæ nõ erit opus nouo processu, sed sola executione, Bal. in l. qui restituere nu. 3, & in fi. repetitio. & ibi Ang. ff. de rei vindic. l. 2. C. de his qui latr. cum alijs alleg. per Boss. in tit. banniti quid amit. num. 18. & practica erit vt fiat recognitio siue per confessionem ipsius siue alio modo: qua facta exequitur sententia vt docet Angel. in l. inter stipulantẽ §. 1 ff. de ver. oblig. Arn. comment. 42. de iu. com. erat secus, nã ordinariè procedendũ erat Bar. in, l. diuus Adrianus n. 4. ff de cust. reor, cũ alleg. per Lancil. in suo breu. lib. 1. c. 9 §. 3. tit.

2 §.3. tit. de contum. num. 4 5. & 8. † Sed quicquid sit, fors scito dandus est terminus ad dicendum causam quare non debeat sententia foriudicationis exequi, & ita in terminis firmat Foller. de foriud. num 36. Arn. Epithom. 87. qui allegat alios: & faciunt adducta per Clar. in prax. crim. q. 44. vers. sed nunquid, cum sequenti, & ita semper obseruatum fuit in Reg. Apru. Aud. & in isto Tribunali Campaneæ.

S V M M A R I V M.

1 *Præses tenetur circumire Prouintias:*

1 SEXAGESIMVM octauum, Residentia Præsidum Regulariter esse debet in Reg. Audien. sed vigore istius *Potestatis* tenetur circumire *Prouintias* vt in illis verbis *(andar discorrendo, &c.)* quod intellige prout per 4. concl declaratum fuit, sub *Præd* vbi q. 1. & quid sit residere & quotuplex sit residentia, vide Luc. de pen. in l. 5 numero 15. C de metat. lib. 12.

S V M M A R I V M.

1 *Auditores an possint discedere ab Audientia,*

1 SEXAGESIMVM nonum, Ex prædicto sequitur aliud spec. quod licet Auditores non possint discedere à Regia Audientia absque licentia in scriptis *Proregis*; & necessitate vrgente, est necessarium, quod proponatur in Tribunali coram Gubernatore, & concludatur expedire ex causis propositis, quod accedat vt in prag 8. de offi. iust imò hodie etiam necessitate vrgente non possunt discedere obstantibus nouis literis fol. 102. quæ licentia etiam de iu com. debet esse expressa, & non tacita Corsett. in fin. ver. licentia. Tamen vigore *Potestatis* poterit unus

vnus ex Auditoribus circumire Prouintias simul cum præside contra forascitos, vt possit eius consilio criminales quæstiones terminare, vt dicit Potestas in illis verbis (*è parendaui necessario*) cum sequentibus, & clarius appa ret in instructionibus datis Carolo Gambacort. sed tem pore vacationis possunt itinerare Auditores sine licen tia, & eis debetur salarium Roma. sing. 453. quod intelli go per Prouintiam non extra, quia in hoc repugnat co missio & tempore peregrinationis cum licentia Proregis similiter debetur salarium, vt in d. sing. Bald. in l. si ea conditione C. de cond. insert. Et quando non exeunt de residentia, & fuerunt delegati à superiore non possunt petere dietas, sed contenti esse debent de mercede ordinaria Gugliel. de Ludoui. sing. 32. sed male hoc obseruatur.

S V M M A R I V M.

1 *Creatio alguzeriorum fit à Præside Auditor. & Aduocato fiscali,*

2 *In bello exulum fit à Præside:*

1 SEPTVAGESIMVM, Creatio alguzeriorum siue nuntiorum fiebat à Præside, & Auditoribus cum interuentu Aduocati fisci pro eius intereresse, vt in prag. 6 cap. Item quod statuatur de offic. iustit. prout etiam hodie fit, & licet prag. indefinitè loquatur, & non exprimat ad quos spectet creatio istorum, & per hoc aliqui volue re, quod spectet solummodo ad Gubernatorem, & Aduocatum fiscalem, tamen illa dictio, Item repetit in ora tione indiffinita præcedentia, cum qualitatibus præcedentibus, prout communiter concludunt Doct. teste Alex. cons. 117. lib. 1. num. 2. circa fin. sed in præcedenti ca. loquitur pragm. de Guber. & Aud. ergo ijdem cen-
2 sentur repetiti. † Sed dico, quod absque interuentu isto-

rum

rum Præses pro causis forascitorum, & eorum executione poterit creare alguzerios, cum sit delegatus Principis l.fin. vbi glo.& Bal.C.de sportul.est text.in cap.Pastoralis §.item cum totum de offic.deleg. & ista est commu. opin. Abb.ibi & seruatur de consuetudine Bart. in tract. ad reprimen.ver.per nuntium qui dicit, quod etiam infames eligi possunt, & numerus istorum non excedat 15. in Prouint: Aprut: & Terræ Laboris, in alijs 10.cap.Reg. prouisum est pro meliori, & non sint de Prouintia gloss. in d.cap.& continuo sint pœnes Commiss. vt in cap.vniuersis præsentis.

S V M M A R I V M.

1 *Præses potest creare actuarios, & scribas in tribunali Campaneæ,*

2 *Declaratur.*

1 SEPTVAGESIMVM primum, Poterit quoque Præses eligere actuarios, & scribas in tribunali Campaneæ eadem ratione, de qua in præcedenti spec.Mars. de bannit.ver Iudice num. 244. & ex iusta causa potest eos mutare Bald.in d.l.1. & solo iuramento probatur suspitio istorum Io.Vinc.de Ann.in sing. 489. alioquin, quod vnus incepit: alius non potest prosequi Bald.in l.1. q.17.ff.de offic.consu.late per Par.de sind.ver.arbitrium

2 num.4.† Sed hoc non obseruatur, quia Commiss. Campaneæ & Præsides Prouin.eligunt actuarios de illis, qui sunt in Audient.vel in M.C.V. & aliquando ipsemet Prorex nominat actuarios, & ad istos actuarios multa spectant de quibus in ea pra.6.de offic.iust. & per Carau.in ritu 35.cum alijs sequent.sed quia eorum nihil obseruant tacebo. Hodie assumuntur actuarij ab Audient. ad quos spectat actitare non solum quando negocia sunt tribunalis, sed si proceditur vigore commissionis Sacri Consilij, vel

lij,vel alterius Curiæ Io.Vinc.de An.fin.4.& non solùm actuarios,sed Commiss.quoque destinare poterit,& aduertat,quod petenti certus Commiss.dandus non est Io. Vinc.de Ann. sing. 280.

SVMMARIVM.

1 *De excessibus alguzer. & Commiss. cognoscit Præses leuato velo.*

1 SEPTVAGESIMVM secundum, De excessibus istorum alguzer. & Commiss. cognoscit Præses leuato velo,& absque processu eosque etiam corporali pœna punire poterit,Bald.in l.fin.in fin.C.de sport.Marsi. de bannit.ver. Iudice num. 169. etiam ex officio Maran. in spec.ver.inquisitio num.160.& cognoscit tam actiuè, si ipsi delinquunt, quam passiuè si ipsi offenduntur, si contemplatione officij offendunt,aut offenduntur Boer.decis.9.Cara.in ritu 49. num.14.

SVMMARIVM.

1 *An Præses possit grauare subditos hospitijs, & alimonijs.*

1 SEPTVAGESIMVM tertium, Licet Præsides eorumque milites non possint subditos grauare hospitijs, & alimonijs l.obseruare vbi Bald.ff.de offic.Præs.& §.illud autem in authe. de man. Prin. tamen possunt in aliquibus casibus recitatis supra q.2.Præd. Abitus.

SVMMARIVM.

1 *Nemo tenetur obuiare delicto,*

2 *Quilibet tenetur capere forascitos.*

1 SEPTVAGESIMVM quartum, Licet de iu. ciu. nemo teneatur obuiare delicto, & alium defendere, nec malefactorem in flagranti capere secundum com. opin. de qua testatur Cagn. in l. culpa caret num. 10, ff de Reg.
2 iur. & procedit etiam in acclamando, & reuelando. † Tamen quilibet tenetur capere istos forascitos vt in prag. 1. de exul. & in prag de persequen. malefa. propter atrocitatem crim. vt in terminis dixit Marsi. in trac. Bannit. ver. atrocio num. 2. maximè, quia proditores vocantur per Principem in Potestate, quos quilibet capere tenetur, & si non capit, vel non clamat, vt capiatur grauissimè punitur in persona, & in rebus: quando id sine periculo facere poterit Iser. in Const. pœnam eorum in vlt. col. Afflict. in Const. iustitiarij non per Kal. num. 6. in fin. & est cap. Reg. incip. frequens & ineffrenata ver. & vt metu pœnæ & tex. in l. 2. ver. sin autem, & ver. tribuni. C. de his qui latr.

SVMMARIVM.

1 *An subditi possint cogi ad capturam forascitorum.*

1 SEPTVAGESIMVM quintum, Licet non possint cogi subditi ad capturam forascitorum per tex. in §. his insuper in authen. vt nulli iudi pragm. 1. de dam. clan. cum alijs allegatis per Luc. de pen. in leg. 1. C. ne rustici cani lib. 11. tamen poterunt cogi in 4. casibus recitatis supra quæst. 3. sub Prædicam. Situs & ibi vide, & ex aliqua iusta causa subditi tenentur sequi Præsidem per 30. dies proprijs expensis leg. tam collatores §. sin autem ff. de re milit. Amed. de clar. aqu. sing. 109. quod facit pro Commiss. Campaneæ, qui petunt ab vniuersitatibus tot homines.

SVM-

SVMMARIVM.

1 *Modus militaris est necessarius,*
2 *Obseruantia in contrarium.*

1 SEPTVAGESIMVM sextum, Iste modus militaris est necessarius in tantum, quod non poterit Præses alio modo procedere contra forascitos, vt in illis verbis Potestatis (*Et debbiate procedere ad modum belli*) Verbum enim debet necessitatem importat quando profertur à Principe in subditum glos. l. sæpe vbi omnes ff. de offic. Præs. Affl. in Const. pœnam eorum num. 15. ver. 7. dicit Rom. cons. 150. Mars. cons. 51. num. 61. & in cons. 60. num. 4. & 5. & cum iste modus sit datus pro forma seruandus est Bald. super feud. in tit. de mili. vas. qui contu. est num. 2. quia mandata diligenter sunt custodienda l.
2 diligenter ff. man. Par. cons. 136. num. 6. vol. 4. † Sed non obseruatur, & proceditur aliquando ordinariè vt Præsidi, & consultori videtur.

SVMMARIVM.

1 *Potestas tollit omnes alios modos procedendi contra forascitos,*
2 *Declaratur qualiter procedat,*
3 *Differentia inter modum procedendi ex processu informatiuo, & modo militari.*

1 SEPTVAGESIMVM septimum, Sequitur ex præcedenti aliud spec. quod potestas ista tollit omnes alios modos procedendi contra forascitos, nam si necessitat procedere ad modum belli, ergo non alio modo l. cum prætor ff. de iud. cum alleg. per glos fin. in fin. cap. nonne extra de præsumpt. & facit pro hoc com. resolutio

N 2 Doct.

Doct. quod per pœnam impositam per statutum censetur sublata pœna iur. commu. nisi aliud appareat de intentione statuentis, & licet nonnulli tenuere, quod vtraque pœna infligi possit: quos refert Anto. de Nigris in Præludijs cap. Reg. num. 47. Bald. in l. data opera num. 19. C. qui accus. non poss. tamen vera opinio est, quod pœna statuti solummodo locum habeat, & ita obseruat totus mundus. Alber. in tract. de quæst. statu. q. 8. & in practica obseruandum erit Castr. in l. 1. §. dixerat aliquis
2 ff. de publ. † Verum prædicta intelligenda sunt in inquisitionibus formandis, non autem in cæptis, & formatis: quia si iudicium fuerit cæptum ordinarie non poterit Præses procedere ad modum belli, quia eo modo quo incipit iudicium finiendum est glo. mag. in l. proinde §. fi. ff. ad l. aquil. Ant. de Nigris in cap. si cum sceleratis nu. 56. qui dicit habuisse de facto in Reg. Aud. & quod approbatum fuit à Collat. Cons. & ita bis fuit iudicatum in isto tribunali. Primo in causa cuiusdam Mutij Gobbi de alanno inquisiti de furtis, & tentato assassinio in personam Magnifici Capitanei eiusdem terræ contra quem fuit processum ordinariè, mox causa introducta in Reg. Aud. superuenerunt noua indicia pro quibus poterat torqueri fuit dubitatum de modo procedendi, & per prædicta fuit resolutum procedendum esse ordinarie datis defensionibus. Et succedente simili casu in personam Ioannis Mariæ Collis longi inquisiti de delictis Campaneæ, cum ei ordinariè fuissent datæ defensiones, consului non posse procedi amplius ad modum belli; crederem etiam, quod in leuibus delictis non teneretur Præses seruare istam formam etiam si iurauerit Bald. in l. ob-
3 seruare §. proficisci num. 15. ff. de offic. procons. † Et ex isto spec. colligitur differentia inter modum istum militarem, & processum informatiuum: nam iste est necessarius ille vero voluntarius, quia est in potestate iudicis procedere de præeminentia, vel ordinariè vt in c. Reg. si cum sce-

sceleratis vbi not. Ant. de Nigris & cap. iuris censura, &c. prouis. iuris, & ratio differentiæ est, quia procedere ex processu informatiuo committitur potestati iudicis; & non omne, quod potestati ipsius committitur necessitati iuris subijcitur leg. non quicquid & l. 1. C. quomodo, & quando iudex, sed ista potestas loquitur per verba necessitatiua vt dixi.

SVMMARIVM.

1 *Præses potest destinare Commiss. ad capturam informationum,*

2 *Electio istorum fit causa cognita.*

1 SEPTVAGESIMVM octauum, Destinant Præsid. Cõmiss. ad capturam informationum tam ad instantiam partis quam ad instantiam fisci, & ita seruat consuet. generalis Reg. antiqua, licet dubium sit de iu. vt dicit Cara. in rit. 157. num. 11. ✝ Sed in electione istorum maxi-
2 mam Curam debent habere Præsi. quia regulariter pro defectu, & neglectu ipsorum; si dolo vel negligentia deli querint tenentur Rom. cons. 338. Bald. in leg. ad similitudinem C. de Episc & cler. Bart. in l. nullus & in l. nemine C. de decur. lib. 10. in tantum, quod ignorantia non excusantur, si sunt negligẽtij in elect. ipsorum Fely. in c. postulasti nu. 7. & 8. de for. comp Bar. in l. ne quid ff. de incen. rui. & naufr. de comm. Lancil. in suo templo lib. 1. c. 1. §. 3. ver. pro officialibus suis quem vide, quia bene declarat prædicta; & pro destinatione istorum commissariorum adest prag. 1. de commissis non destin. & 4. de offic. iustitiarij & prag. 31. tit. sequen.

SVMMARIVM.

1 *Contra forascitos potest procedi ex officio.*

1 SEPTVAGESIMVM nonum, Contra istos forascitos potest procedi ex officio: quia capitaliter veniunt puniendi. l.3. & l. congruit ff. de offic. præs. cum alijs allegatis per Maran. in spec. vers. inquisitio num. 176. ac etiam contra eorum socios & in num. 178. & ibi ponit 61. casus in quibus procedi potest ex officio; & quia hoc non habet difficultatem vide ibi, & Anto. de Nigris. in cap. vt delatas, & in cap. ne tuorum; tanto magis quod isti sunt inquietatores pacis: quos quilibet de populo accusare potest, Bart. in l. 1. num. 13. ff. de iur. fis. & in leg. arbiter ff. de recep. arbitr. Montel. in prax. arbitr. part. 4. num. 889.

SVMMARIVM.

1 *Forascitis denegatur beneficium constitutionis humanitate*
2 *De facto non obseruatur.*

1 OCTVAGESIMVM, Poterit Præses denegare istis forascitis beneficium Const. humanitate: quæ regulariter mandat reos habilitari sub cautione: præter quam in 10. casibus ibi expressis: & alios ponit Foller. in prax. crim. vers. examin. liber. sub fideiuss. Paul. Ghirlan. in tract. de relax. carc. tit. de fideiuss. reo. Mars. in tract. de bannit. ver. capti & istud Spec. probat Ant. de Nigris in c. prouisa iuris sanctio num. 6. Affl. in Const. super incissio-
2 nibus col. 8. † De facto non obseruatur, nam est in potestate Præsidis ipsos habilitare.

SVMMARIVM.

1 *Forasciti non possunt componi,*
2 *Regulariter componuntur omnes: qui ratione vel lege non probibentur.*

OCTVA-

1 OCTVAGESIMVM primum, Non possunt huiusmodi forasciti admitti ad compositionem vt est cap.Reg. ne peruerso, & ibi late per Anto. de Nigris & per Afflict.in Const.intentionis in 2.glos.num.60.& Prorex noluit admittere ad compositionem Octauium Vulpem, inquisitum de armatione per Campaneam qui me referente fuit relegatus per quinquennium, vt in lit. Can
2 cel.vltimo August.1585.prim. Aprut. fol. 91. † licet regulariter omnes componi possint; qui ratione, vel lege non prohibentur Luc. de pen. ponit hanc regulam in l. 1. num. 36. C.de desert. lib.12.vbi ad plenum tractat materiam compositionis,& Anto.de Nigris in cap. Regni ad peruersorum.

SVMMARIVM.

1 *Auxiliatores exulum non possunt componi,*
2 *Obseruantia Regiæ Audientiæ.*

1 OCTVAGESIMVM secundum, Nec receptatores, auxiliatores,& quoquo modo fautores istorum forascitorum componi possunt.vt in prag.5.de compos.& aduerte quod receptare frequentiam actuum requirit, quia receptare est frequenter recipere sicuti latitare frequenter latere: & vocitare frequenter vocem dare vt magistraliter declarat Luc.de pen.in l.1.num.4. cum sequen.C.de desert.lib.12. & licet proprie loquendo hoc posset esse verum; tamen omnes tenent communiter, quod etiam si semel tantum: seu vna vice receptauit dicatur receptare, & punitur vt dixit Anto. de Nigris in
2 cap.licet contra numero 7.in fin. † & istud Spec. seruatur in Audient.Aprut.quoad veros receptatores,quo vero ad victum præstantes non seruatur, nam isti componuntur quotidie.

SVMMARIVM.

1 *Confessio à forascito an possit extorqueri simulatè,*
2 *Concordantur opiniones.*

1 OCTVAGESIMVM tertium, Licitum erit Præsidi simulare, & causa veritatis indagandæ exulibus aliquid promittere ad extorquendam confessionem Fely. in cap. 2. 1. no. de præsumpt. qui refert, quod Papa Alex. 3. dum haberet præ manibus Episcopum symoniacum promisit ei in secreto, quod si publicè fateretur delictum suum dispensaret cum eo, & statim cum ille confessus fuit coram Cardinalibus deposuit eum. Felyn. in cap. accedens num. 3. vt lit. non contes. cum alleg. per Cagn. in l. ea est natura num. 16. de reg. iur. & licet nonnulli tenuere, quod talis confessio tanquam extorta per dolum non valet, & quod fides ei data est seruanda; vt dixit Par. de sindic. in ver. saluus conductus in fin. Ant. de Nigris in c. multorum num. 13. qui allegat alios cum quibus est commu. opin. Cagn. in d. l. num. 19. & supra q. 2. sub Prædic.
2 Quant. † Tamen opiniones istæ distinctione concordabuntur, quod aut promissio fuit incerta, vt puta faciam, & dicam: prout sunt promissiones, quorundam istius Regni; & videbis, quod tecum mitius agam; & tunc procedat 1. opin. quia istis cauillationibus, & simulationibus vti potest Iudex in d. c. afferte & Cagno. in eod. num. 16. aut vero promissio fuit certa, vt puta si dicatur confitearis delictum, quia promitto tibi parcere, & seruanda erit fides: & ita procedat commu. opin. sed forsan ista commu. opin. posset etiam limit. vt non habeat locum in disrobatoribus stratarum, & forascitis, quia cum isti sint proditores, vt dicit Potestas potuerunt etiam decipi, quia dolus cum dolo compensatur. l. viro cum concordantijs in glos. ff. solu. matri.

SVM-

SVMMARIVM.

1 *Potestas militaris est inserenda in actis,*
2 *Non procedit in iudicio militari.*

1 OCTVAGESIMVM quartum, Licet delegatus debeat inserere in citationibus indultis, & processibus potestatem sibi delegatam cap.cum in iure vbi Abb & Felyn.de offic.deleg.Bar.in l.2.ff.siquis in ius voc.Ma
2 ran.in spec.dist.5.& num.55.l.1.C.de mand.Princ.† Tamen Præses non necessitatur hoc facere sed sufficit simpliciter allegare.d.Potestatem cum notorium sit, Præsides habere potestatem militarem, & ideo non requiritur eius probatio l.1.vbi glos. notabilis C. qui, & aduer. quos & in terminis ita tenet Foller.in pragm. de foriud. num.26. nec opus fuit de potestate cerciorare M. C. V. quia Princeps testatur in potestate denuntiasse, cui assertioni standum erit cap.cum à nobis vbi Abb. & Felyn. de test.Lancil.in temp.lib.1.cap.1.§.4. tit. assertioni solæ Imperatoris.

SVMMARIVM.

1 *Potestas militaris est priuatiuè quoad alios,*
2 *Post sententiam foriudicationis non est locus remissioni.*

1 OCTVAGESIMVM quintum, Præses habet potestatem militarem contra forascitos etiam priuatiuè quoad alios in tantum, quod non solum non tenetur remittere, sed possunt ab ordinarijs locorum petere remissiones, qui necessitantur remittere dictos forascitos non obstante pragm. præuentionis vt conclusum fuit sub *Præd.*Qualit in q.3.quam vide,quia ad partes di
2 sputata fuit ista. q. † Et ratio est, quia post sententiam

for-

foriudicationis Regiæ non est amplius locus remissioni. Ioan. Vincen. de An. sing. 56. qui allegat alios, & sigillat istam opinionem.

SVMMARIVM.

1 *Forasciti possunt renuntiare defensionibus.*

1 OCTVAGESIMVM sextum, Possunt isti forasciti renuntiare suis defensionibus Ange. in l. custodias ff. de pub. iud. Par. de sindic. ver. latro cap. 2. num. 7. Montel. in prax. arbitr. part. 4. numero 453. Marsi. in tracta. bannit. ver. atrocioribus numero 6. licet regulariter reus non possit renuntiare suis defensionibus glos. & Doct. in leg. pactum inter hæredem ff. de pact. cum allega. per Jas. leg. iubemus numero 7. C de iud. & idem Ias. in leg. si quis in conscribendo num. 18. C. de pact. firmat hoc pro reg. cum 5. lim.

SVMMARIVM.

1 *Corpora damnatorum conceduntur petentibus,*
2 *Non obseruatur in iudicio militari.*

1 OCTVAGES. septimum, Licet corpora Cineres, & ossa condemnatorum, qui furca fuerunt suspensi, vel aliter dilaniati cognatis, & alijs petentibus non sint
2 deneganda ad sepulturam l. 1. 2. & 3. ff. de cadauer. quia carere non debent Ecclesiastica sepultura. † Tamen cadauera istorum debet semper manere suspensa; vt eorum conspectu cæteri terreantur, & solatium sit cognatis interemptorum l. respiciendum §. famosos vbi Bart. not. ff. de pæn. Par. de sindic ver. latro c. 2. num. 7 & solus Princeps posset dare licentiam Cass. in consuet. Burgun. rub. 1. §. 5. in tex. duprince num. 4. & 5. sed hoc non obseruatur,

tur, quia aliquando conceduntur ad sepulturam tam per Præsides, quam per Auditores.

S V M M A R I V M.

1 *Aduocatis forascitorum denegatur audientia,*
2 *Regulariter secus.*

1 OCTVAGESIMVM octauum, Aduocatis istorum forascitorum potest denegari audientia & interdici officium l. per omnes C. de defens ciuit. Cass. in consuet. Burgun. rub. 1. §. 5 in tex. pour. num 3 Marsi. in tract ban
2 nit. ver atrocio. num. 6 & 7. † regulariter vero teneretur Præses in adeundo facilem se præbere aduocatis, & omnibus l obseruandum ff. de offic. Præsid. & dare reo aduocatum, & procuratorem expensis curiæ ex officio, si est pauper, & miserabilis persona vt in Const. lege præsenti & per Foller. in pract. crim. ver. fiat contestatio litis nu. 26. quid autem importet negare audientiam? vide Mars. remissiue de bannit. ver. Iudice num. 227.

S V M M A R I V M.

1 *Exules possunt interrogari de socijs,*
2 *Regulariter secus.*

1 OCTVAGESIMVM nonum, Possunt isti exules interrogari de socijs, mandatoribus, receptatoribus & auxiliatoribus l. penult. C. de ferijs tex. ad literam in l. Diuus Adrianus ff. de cust. reo. Marsi. cons. 22. nu. 16. Bru-
2 nus de indit. & tort. q. 31. partis num. 22. † Regulariter vero est secus, quia delinquens non potest interrogari de socijs l. si C. de accus. vbi ponuntur alij casus, & est comm. opin. Clar. in prax. crim. q. 21. vers. dictum socij criminis

SVM.

SVMMARIVM.

1 *Declarationes duorum forascitorum quam probationem faciant.*

2 *Qualiter intelligatur,*

1 NONAGESIMVM. Declarationes duorum forasci torum etiam quod sint singulares,& de actibus di uersis faciunt plenam probationem etiam quoad condemnandum prag.5.de recept. licet in prag. 1. de perse quen.malefa.& in prag.1.de exul.esset dispositum,quod 3.declarationes forascitorum erant necessariæ. de iure. vero commu. testes singulares quoad plenam probationem non faciunt fidem doct.in l.fin.C. de accus. cap. si testes §.iurisiurandi 4.q 3.Ancar.cons. 277. num. 5. nec minus socij criminis etiam quod tres sint Blanc. in tract. de indit.num.385.Spec.in tit.de test.§.1.ver.item quòd est Marsil.in tract.de bannit.vers. lesæ Maiestatis, sed so lummodo facient indicium ad torturam Boer.decis.319 cum allega.per Clar.in prax.crimin. quæst. 21. vers. sed
2 pone.† Sed Cara.in prag.1.de exul.nu.72. cum sequen ti. intelligit istud Speciale duobus concurrentibus. Primum,quod sint factæ in tortura.Secundum quod sint re petitæ parte absente, & citata, vel parte præsente, & vtrunque est de iu.commu.nam cum ex proprio delicto deponentes effecti sint infames:non debent admitti in testes contra alios sine tortura Marsil in prax. crimin.§. diligenter num.60.cum duobus sequen.Cass.in consuet. Burgun.rub.1.in tex.corporel. num 14 Clar.in d. q. 21. vers.scias etiam, qui etiam dicit, quod seruandum esset id quod seruatur vbi ius dicitur, & de repetitione est cla rum, quia testibus non repetitis parte citata non potest deueniri, nec ad torturam, nec ad condemnationem Marsi.in ea;pract.§.nunc videndum nu.28.& 29. Gram.

cons.

conf.crim.15.de commu.Clar.d prac.q 45.ver.cæterum & q.11.ver.item quæro;sed ni fallor in proposito nostro Potestas militaris reicit ista duo:nam dato, quod sint in fames adhuc probant sine tortura si infamia descendit ex iur.ciu.secus si ex iur. gent. Bart. in leg. filiusfamilias num.6 ff de donat quia Potestas ista tollit defectus iur. ciuil.& ideo infamiam, torturam, & similia ita fuit dictum in præd. Quando q.1.num.8.& repetitio non est necessaria in isto iudicio milit.Grauet.in conf,198. in fi. Foller.in prax.crim.ver. & si confitebuntur in 3. part. 3. par.num.41.& 42 & ver. repetantur testes in prin. cum cæteris alleg.in d.q. 1. & fundamenta Cara. procedent de iur. commu. in delictis ordinarijs, non autem in exce ptis & in iud.milit.vide Ant. de Nigris in cap.frequens.

SVMMARIVM.

1 *In iudicio militari non fit acceptio personarum,*
2 *Declaratur qualiter intelligatur.*

1 NONAGESIMVM primum,Præses non debet esse personarum acceptor, sed ita magnum iudicare debet,vt paruum: vt in illis verbis Potestatis (*senza risguardo di persone*)est tex.in c.in iudicijs de reg. iur. in 6. & c.nouit de iudicijs Deuter.c.1.& in c.16. dicit iudicet Populum iusto iudicio,nec in alteram partem declinent
2 Lucæ c.20.& plura per Paul.ca.2.ad Roman. † Verum intelligas istud spec.cum tali distinct. aût loquimur in his quę sunt de mera iustitia,& tunc neque apud Deũ neque apud hominem debet esse acceptio personarum,aut in his quæ fiunt ex mera gratia,& tunc,& apud homines & apud Deum fit acceptio personarũ,nam plus facit gratiam vni quam alteri Bar.& Cast.in l.1.ff.de Postulan.cũ cæteris alleg.per Lancil.in temp.lib.1.cap.1.§. 3.tit. persona non accep. hinc est, quod cum plures sint Auditores

res æque idonei poterit Præses eligendo gratificari cui voluerit citra iniuriam aliorum, & cum eo circumire Prouintias.

SVMMARIVM.

1 *In iudicio militari non fit acceptio ætatis,*
2 *An minor possit puniri,*
3 *Dantur plures limitationes,*
4 *An minores possint torqueri.*

1 NONAGESIMVM secundum, Licet de iur.comm. fiat acceptio personarum circa ætatem videlicet an sint infantes, proximi infantiæ, vel puberes, vt in leg. aut facta §. in huius rei ff. de pœn. & licet statutum pœnale non comprehendat minores. Ang. Castr. & Alex. in l. vbi ff. de æden. in terminis Folle. in prag. de fortud. nu. 36 tamen vigore istius Potestatis Præses non debet in puniendis exulibus esse acceptor ętatis vt in illis verbis (*sen*
2 *za risguardo di persone ne di età &c.*) † Sed quia hoc non est simpliciter verum idcirco pro resolutione videndum erit, an minor possit puniri super qua q. Doct. confusè loquuntur: Ego vero 2. conclu. eam dilucidabo. *P*rima infans, & proximus infantiæ non possunt puniri, quia non habent animum, intellectum, nec iudicium rationis. De infante est tex. cum glos. in l. infans ff. ad l. corn. de syc. l. impuberem ff. de furt. l. 5. ver. sed si infans ff ad l. aquil. talis enim ætas quicquid vidit ignorat l. 1. C. de fal. monet. cap illud relatum 15. q. 1. De proximo infantiæ est text. in §. pupillus, inst. de inut. stip. cum similibus, & dicitur infans vsque ad 7. annos l. si infanti C. de iur. delib. glos. l. 1. §. pueritia ff. de postulan. glos. ordinaria, quæ enumerat ætates in proem. 6. ver. perfecta. Proximus infantiæ dicitur masculus vsque ad 10. annos, & dimidium glo. in l. pupillum ff. de Reg. iur. glo. l. 1. ff. de noua. glos. §. in summa

ma

ma inſt. de oblig. quæ ex del. naſc. & licet ſuper hoc varię fuerint opin. tamen iſta eſt com. & tenenda in iudicando, & conſulendo vt dicit Gomez varia. reſolutio. tom. 3. c. 1. ſub n. 57. & Prædicta procedunt etiam ſi infans, & proximus infantiæ dicantur doli capaces Augu. ad Ang. de malef. ver. ſcienter doloſæ, &c. in 2. add. glo. in l. impuberem ff. de furt. cum cæteris alleg. per Gomez. in cit. loco: & ratio ſecundum iſto, quia eſt præſumptio iur. & de iure quod iſti non poſſint delinquere, & ideo non admittitur probatio in contrarium: miraculoſè vero, & iudicio Dei legitur in Greg. in 4. lib. Dialog. cap. 19. quem refert Luc. de pen. in l. omnes C de dilato lib. 10. 3. colu. infantem 5. annorum propter eius aſſiduam blaſphemiā fuiſſe raptum à diabolo de manibus patris ea enim quæ nutu Dei aguntur non ſunt ſub aliqua lege vt in cap. duæ 19. q. 2. Secunda concl. Minor impubes proximus pubertati, vel pubes minor 25. annorum quia doli capaces præſumuntur l. pupillum ff. de Reg. iur. §. in ſumma inſt. de oblig. quæ ex del. ratio eſt, quia in illa ætate reputantur capaces iu. nat in quo non eſt tollerabilis ignorantia, & ideo ſcire debent delictum eſſe prohibitum de iur. diu. & nat. quia ex ipſo inſtinctu naturæ perſuadetur, quod nemo faciat alteri, quod ſibi non vult. l. 1. ff. de furt. l. venia C. de in ius voc. & ibi Doct. l. probrum ff. de verb. ſig. *P*ubes dicitur maſculus poſt 14. annum completum fœmina poſt 12. §. 1. ver. & ideo inſt. qu. mo. tut. fin. cum alijs vulgaribus. *P*roximus pubertati dicitur maſculus à 10 cum dimidio vſque ad 14. fœmina à 9. annis cum dimidio vſque ad 12. gloſ. in §. pupillus in ver. infanti inſt. de inut. ſtip. gloſ. in l. pupillum ff. de Reg. iur. & iſta eſt com. opin. de qua teſtatur Gomez. in d. loco lim. iſtam concl. vt non procedat in delictis, quæ conſiſtunt in omittendo vel negligendo l. 2. C. ſi aduer. delic. l. minor C. de his quibus vt ind. cotes per Gomez eo. in loco nu. 59. 2. lim. vt non procedat in delictis carnis, vt eſt adul-

terium

terium,& ſtuprum: quia propter ætatem cenſentur inca pace s illius delicti l.ſi minor vbi gloſ. ordina.ff.de adult. cap.1.de delict.puer.niſi malitia ſuppleret ætatem cap. à nobis cap.de illis & cap.fin.de ſponſ.impub.vt in caſ. quem refert Greg.in dialo.& gloſ.cap.1.20.quæſt.1. de puer.9.annorum;qui nutricem ſuam grauidauit 3.lim.vt non teneantur pœna ſtatutaria,vel à conſuetudine indu- cta: quia ex delicto, quod eſt punibile per ſtatutum vel conſuetudinem & non de iur.com. vel lege Regia, quæ quoad nos eſt ius com.non poſſunt puniri cap. 2. de de- lict.puer.Rom.ſing.fin.Gomez in d.loco num.16.vt pu ta in extractionibus frumentorum,& in quibuſdam ban nis emanatis per officiales,vltimo lim.vt non poſſint pœ na ordinaria,ſed extraordinaria puniri leg. auxilium §.in delict.ff.de mino.vbi omnes no. Gomez in eo. loco nu. 62.& in caſibus, in quibus minores poſſunt delinquere, & puniri, poſſunt etiam torqueri videlicet minores 14. poſſunt terreri.l.1.§ impuberi ff.ad ſyllan.Anan. in cap. 1.de delict. puer. ſed non torqueri l. de minore ff. de quæſt.maiores vero 14.torqueri poſſunt, vt dicunt alle- gata iura & Doct.ſed aduertendum eſt,quod in his,quæ fiunt ad ordinem iudicij requiritur curator,in his autem quæ pertinent ad inquiſitionem veritatis non requiritur & ideo cautus debet eſſe iudex vt aliquem actum non faciat contra minorem; niſi dato eidem & proceſſui cu- ratore;ſed in executione torturæ non facias interuenire curatorem:quia eius autoritas non eſt neceſſaria:cum re ſpiciat inquiſitionem veritatis,& iſta eſt com.practica Marſi.in l. 1. de quæſt. 8. requiſi.& in l.de minore num. 55.ff.de quæſt.Gomez in d.cap.1.num.67.& Ang.de ma leſ. ver. comparuerunt dicti inquiſiti & confitentur to tum ver.nec non ſis benè cautus.

S V M M A R I V M.

1 *Probatio delicti in genere de iur.com.eſt neceſſaria.*

2 *In*

2 *In iudicio militari secus.*

1 NONAGESIMVM tertium. Licet probatio delicti in genere necessaria sit, tam ad torquendum, quam ad condemnandum reum Bar. in l. fin. ff. de quæst. num. 5. l. 1 §. item illud ff. ad syllan. & ita semper faciunt practici asses. Clar. in prax. crim. quæst. 4. & licet ipse dicat in quæst. 64. ver. debet autem iudex quod hodierno tempore non seruatur, tamen malefaciunt non obseruantes, quia delictum in genere est fundamentum inquisitionis.
2 * Se quicquid fit contra forascitos non requiritur probatio delicti in genere, quia solent abscondere cadauera eijciendo in flumine, vel in mare, ita in terminis dixit Franc. Cason. in tract. de torm. cap. 2. numero 4. subdens, quod si reus confiteatur occidisse aliquos ignotos condemnabitur: licet non constet de cadaueribus, & ita semper fuit seruatum in isto tribunali, dummodo constiterit reum grassatum fuisse per Campaneam: nam licet grassatio simplex non inducat pœnam mortis: tamen si confessus fuerit commisisse aliqua delicta in Campanea poterit damnari ad mortẽ; licet non constet de delicto in genere.

SVMMARIVM.

1 *An in iudicio militari possit procedi diebus feriatis,*

1 NONAGESIMVM quartum, Contra forascitos potest procedi diebus feriatis siue feriæ sint inductæ ad vtilitatem hominum, siue in honorem Dei, vt supra q. 2. Præd. Quan. quod intellige, & declara vt non omnes actus explicari possint, nec ex omni causa, sed quidam actus, & necessitate vrgente declarat Menoch. de arbitr. lib. 1. quæst. 30. & licet hoc non seruetur in praxi tamen ita obseruandum est à iudicibus Deum ti-

O menti-

mentibus Clar. in prax. crim. q. 64. ver. quæro an tortura & in q. 97. ver. quæro etiam.

SVMMARIVM.

1 *Factiosi possunt disterrari,*
2 *An possint cogi ad pacem.*

1 NONAGESIMVM quintum. Et quia ex partialitatibus, & inimicitijs: quæ vigent in aliquibus Ciuitatibus, & Terris istarum Prou. Apr. & præsertim in Ciu. Therami, Montorij Francauillæ, Montaneæ Roseti & in alijs terris nutriuntur isti forasciti, nam factiosi proter inimicitias quærunt amicitias istorum, illos defendunt, fouent, auxiliantur nummis, armis, & propria vita etiam contra Curiam, vt experientia docet; poterit Præses huiusmodi factiosos vel disterrare vt supra q. 2. istius Præd. vel illos cogere ad pacem ex suo officio Bart. in l. congruit in fin. ff. de offic. Præs. Bald. & moder. in l. quidam estimauerunt ff. si cer. pet. Maran. in spec. ver. inquisitio num. 164. & hoc si ipsi constaret, quod turbaretur Ciuitas ex dictis inimicitijs; alioquin vero Præses posset suadere pacem, sed non cogere, Bal. in l. 1. § quies ff. de offi. Præfect. vrb. cum infinitis alleg. per Vulpel. in tract. de pace q. 3. num. 3. & quia paces istorum fuerunt millies factæ, potius ipsos exularem, saltim principaliores: & magis suspectos Vulpel. in loco citato num. 10. & quatenus voluerit illos cogere ad pacem aduertat ad confectionem instrumenti pacis: vt sit benè formatum, & faciat ipsos promittere pro familiaribus socialibus, & adhærentibus Bal. in l. 1. num. 7. C. de Episc. & cler.

SVMMARIVM.

1 *Exules effecti sunt infames.*

2 Ex-

2 *Barone contumace suspenditur iurisdictio.*

1 NONAGES. sextum, Cum igitur isti forasciti effecti sunt ob incessum per Campaneam, & sic ob causam criminalem verè banniti, & foriudicati vigore Regiorum bannorum, sequitur quod effecti sunt infames, & interim non possunt esse iudices nec cæteros actus
2 exercere infamibus prohibitos. † Et ideo sumpta est practica quod Barone contumace suspenditur iurisdictio, & Illustrissimus, Vicerex cōstituit Capitaneum pro exercitio iurisdictionis. Istud speciale est sumptum de verbo ad verbum à sing.52. Ioan.Vinc. de Ann. & ideo pluries consului, quod Baronibus bannitis Prouin. Aprut. potest suspendi iurisdictio an autem pendente inquisitione possit officialis suspendi vide Ioan. Vinc. de Ann. sing. 370. dispositio est, aut accusatur de crimine commisso extra officium & pendente inquisitione retinet officium, & administrationem, aut de commisso in officio. & retinet officium, sed ei interdicitur administratio Franch decis. 8. vide Afflict. in Const. statuimus vt magnè not. 14. num.2.& 4.

S V M M A R I V M.

1 *Exules an possint allegare declinatoriam fori,*
2 *Fallit in duobus casibus.*

1 NONAGESIMVM septimum, Isti forasciti ex quo effecti sunt veri contumaces vigore Reg. ban. nō possunt allegare declinatoriam fori, & litis pendentiam Afflict.decis.153. cum cæteris alleg. per Ioan. Vinc. de
2 Ann. sing. 120. † Quod fallit in 2.casibus. Primo respectu Baronis: qui non obstante contumacia sui vassalli suo nomine potest petere remissionem per not. per Capic. decis.9. & per Boer.decis.114 cæteros allegat Ioan. Vin.

de Ann.in d. loco & ita obseruatur in Reg. Audient. Secundo fallit in clerico vt tenet ex mente Afflict. idem Io. Vin. & de clericatu M.C.V. & hodie etiam Reg. Aud. summariè cognoscunt Franch. decis. 189. vigore ritus, sed si ab ordinario fiat fides, quod est clericus statim remittitur quia ipsi creditur.

SVMMARIVM.

1 *In iudicio militari potest imponi nouum genus pœnæ,*
2 *Comes vxenti priuauit quendam Aquilanum oculis,*
3 *Iustificatur sententia comitis.*

1 NONAGESIMVM octauum, Contra istos forasci-
tos potest Præses imponere nouum genus pœnæ,
nempe obtruncare manus, & eruere oculos vigore vlti-
marum ordinationum, & bannorũ in cur. 1. Apru. fol. 159
& fuit practicatum (vt audiui) per dominum Aguirrem
2 tempore quo erat Commiss. Campaneæ. † Et quia Co-
mes Vxenti priuauit oculis Ioannem Baptistam de flore
auante Ciuitatis Aquilæ inquisitum de suspensione bur-
sarum in furcis affixis ordine d. Comitis in platea ipsius
Ciuit. ex quo iste casus non erat comprehensus in banno
nolui subscribere sententiam: licet tunc essem Consultor
Regius apud ipsum ordine Excellentiss. Proregis, vt ap-
paret in dictis ordinationibus, & dicebam, quòd ex quo
non erat casus contentus in banno non poterat ipse im-
ponere nouum genus pænæ, & inconsuetum, quia pæ-
næ impositio est in l. potestate, & non in arbitrio iudicis
l. 1. §. fin autem ff. ad turpill. Iser. in tit. quæ sint regal.
ver. & bona committentium num. 73. Par. de synd. tit. de
offic. syndic. ver. an si potestas condemnauit Cara. in tit.
3 41. num. 12. & 16. † Pro sententia Comitis est tex. in c.
19. in fin. Deutero. quem allegat Iacob. Ardiz. in summa
feud. in 4. par. 2. par. principalis cap. 153. ver. item puniti

qui

qui dicit puniri oculo eum, qui dixit falsum testimonium prout fuit iste Io. Baptista cognominatus *il gran diauolo* † & ideo dixit Boss. in tit. de iniur. num. 38. quod dicens officiali, quod iustitiam facit venalem, si non probat, puniatur pæna mortis allegat §. ex diuerso, & ibi glo. in auten vt iudic. sine quoquo suffrag.

S V M M A R I V M.

1 *In bannis Regijs adsunt alia specialia.*

2 *Vltimum bannum fuit duraturum per quatuor menses.*

1 NONAGESIMVM nonum, Licet Hodie Aduocatus, & Procurator fiscalis creari debent à Principe tamen in aliquibus casibus possunt ab alijs Officialibus regijs similiter creari Afflict. in Const. Iustitiarios. §. preses num. 6. 7. & 8. & crederem, quod in isto iudicio militari posset Præses hoc facere, quia de iur. Reg. hoc ipsi erat permissum per Const. beneficium in fin. quam allegat Bartho. de Capua in rit. item quod Procurator fiscalis num. 1. quem nota, quod intellige quando iret per Prouintiam, & Aduocatus, & Procurator Fiscalis residerent in Audientia: melius erit consulere Principem multa alia specialia leguntur in Regijs bannis in Cur. 1. Aprut. fol. 127. Nempe, quod Turres Campaneæ, quæ non sunt forascitorum clauderentur taliter, quod non remaneat apertura sub pœna derroccationis, & triennalis exilij Domino; quod nemo possit extrahere panem à Ciuitatibus, Terris, Castris, & Locis absque licentia Capitanei, & officialium de regimine sub pœna 3. annorum ad triremes contrauenientibus, & officialibus priuationis of-
2 ficij; & relegationis per triennium † hæc & alia leguntur in dict. banno, quæ referre nolui, quia bannum durauit solummodo per 4. menses, & dicuntur spec. quia impediunt liberum commercium, contra pragm.

15. sub

15. sub tit. de baronibus l. dudum C. de contrahen. empt. faciunt allega. per Anto. de Nigris in cap. Regni grauamina.

SVMMARIVM.

1 *Potestas militaris est fauorabilis,*
2 *An Potestas ista extendatur.*

1 CENTESIMVM, & vltimum. Potestas ista, licet sit pœnalis, & iur. commun. correptoria, est tamen fauorabilis, & non odiosa, quia emanata est ad extirpationem delinquentium ob fauorem publicum, vt dixit vltimum bannum 6. Iulij 1586. *(per beneficio vniuersale di questo predetto Regno)* Iason in leg. cum quidam numero 26. ff. de lib. & post. Anton. de Nigris in cap. Regni ad hoc vt nostrorum numero 150. Deci. in leg. 2. numero 3. ff. de reg. Iur. Marsil. in prax. crimin. §. agredior numero 58. cum sequen. Bartol. & Cæteri in l. 2. C. quando lic. sine iud. Moder. in cap. quæ in Ecclesiarum de Const. Iason. cons. 133. lib. 1. numero 4. Afflict. in Const. pœnam eorum sub numero 15. Marsil. de bannit. vers. annis numero 5. & ver. Ci-
2 uitate numero 17. ex quo spec. † posset inferri ad multa, quia cum Potestas ista sit inducta ad publicam vtilitatem extenditur ad alios casus vbi est similis ratio. Alex cons. 34. numero 9. volu. 5. & cons. 68. volu. 3. Ias. in l. centesimis §. fin. sub numero. 14. ff. de verb. oblig. quod intellige vt supra in Prædicam. Relatio quæst. 1. numero 2. sed in tam angusto tempore non potui reformare quod scripsi nec ea ad opus accommodare. Et demum Bari Prouintiæ regimini Regius Auditor constitutus, ne solicitudo operis intentionem animi ab his: quæ officij sunt me auertat: finem impono, & lectores rogo, vt opus opere non lingua castigent: nam ego qui pruden-

dentiorum omnium iudicio me lubens submitto corre-ctiones omnes æqui bonique consulam.

FINIS.

Imprimatur

Petrus Antonius Ghibertus Locum tenens.

Aloysius Riccius Canonicus deputatus vidit.

NEAPOLI, Ex Typographia Ioannis Iacobi Carlini. M.DC.XII.

